miſimus? Cuius fabulæ quemadmodū & ſupioris, cauſam aſſignat Phurnutus, περὶ τῶν παραδεδομένων μύθων, his uerbis, ἔοικεν ὁ ποιητὴς μύθου παλαιοῦ παραφέρειν τοῦτο, καθ' ὃν ὁ Ζεὺς ἐμυθεύετο κεκρεμακέναι τὴν Ἥραν χρυσαῖς ἁλύσεσι, διὰ τὸ χρυσοφανές τι ἔχειν τὰ ἄστρα. καὶ ἐκ τῶν ποδῶν αὐτῆς δύο ἄκμονας ἐξηρτηκέναι, τὴν γῆν δηλονότι καὶ τὴν θάλατταν, ὑφ' ὧν τείνεται κάτω ὁ ἀὴρ μηδετέρωθεν ἀποσπασθῆναι δυνάμενος. Ex antiqua fabula uidetur, inquit, poeta hoc afferre, q̄ Iouem fabulabant, Iunonē aureis catenis ſuſpēdiſſe, nempe q auri fulgorem, ſtellæ poſſideant. Ac ad pedes eius appendiſſe duas incudes, mare uidelicet & terrā, a qbus deorſū tēdit aer, ſic ut ab horū neutro diuelli poſſit. Huius etiā fabulæ meminit enarrator τῶν στηλιτευτικῶν Gregorij Nazianzeni. Meſſalinā) Hæc fuit uxor Claudij, quā mori compulit, ut ē apud Tacitū. Fuit igit immitior Ioue. Neſcio inqs.) Alludit ad hoc quod Tacitus refert. Meſſalinæ em̄ iā mortē expectāti, Claudius ubi uino icaluerat, nūciari iubet, ad dicendā cauſā poſtero die adeſſet, qđ Narciſſus accuſator intelligēs, ne, ſi euaderet, in ſe pnicies uerteret, denūciat cēturionibus & tribuno, q tū aderant exeq cædē, ita imperatorē iubere, illi eam interfecerūt. Neſcire aūt uiſus eſt. Nā occiſa Meſſallina (inquit Suetonius) paulo poſtq; in triclinio decubuit, cur domina nō ueniret, requiſiuit. Tantæ fuit & obliuionis & incōſyderātiæ. C. Cæſarē.) Caium Caligulam putat, is fuit Claudij ex fratre nepos, q incredibili ſæuitia aduerſus oē genus hominum graſſatus eſt. Quem rerū natura (uelut alio loco ſcribit Seneca) non niſi in exitium, opprobriumq; humani generis edidit. Occiderat ille ſocerum.) Syllanum enim ſocerum Caius ad necem, ſecandaſq; nouacula fauces cōpulit, cauſatus in eo q ingreſſum ſe turbatius mare nō eſſet ſecutus, ac ſpe occupandi urbē ſiquid ſibi p tēpeſtatē accideret, remanſiſſet, quū Syllanus impatiētiā nauſeæ uitaſſet, & nauigādi moleſtiam. Autor Tranquillus. Hic generū.) L. Syllanū, de quo an̄ & paulopoſt. Craſſi filium uetuit.) Cn. em̄ Pompeio ſtirpis antiquæ, Magni cognomē Caius ademit, ut meminit etiam Suetonius. Hic nomen.) Fecit em̄ generū ſuū. nā Antoniā filiā maiorem, illi uxorē dedit. Caput tulit) Ambiguum eſt. poteſt em̄ intelligi caput tulit, hoc eſt, exeruit caput, & ad honores eleuauit, & caput tulit, hoc ē amputauit. Tam fatuū ut etiam regnare poſſet) Alludit ad uulgi dicterium, quo regū ſtulticiā paſſim notabāt. In quā & ab Eraſmo declamatū eſt in prouerbio, Aut regem, aut fatuum naſci oportet, quod in huius ludi exordio ſtatim uſurpauit Seneca. Scilicet.) Ironiæ cum inficiatione accōmodata eſt particula. Quemadmodum & illud apud Poetam, ſcilicet, hic ſuperis labor eſt. Dryudarum) Dryudarum religionem (inquit Suetonius) apud Gallos diræ immanitatis, & tantum ciuibus ſub Auguſto interdictam penitus aboleuit. De Dryudibus Gallorum ſacerdotibus, multa meminit Cæſar in ſexto.

Immanem religionem.) Nam pro uictimis homines mactabant, ut refert Cæſar.

Vt Romæ nuptiarum.) Senſus eſt, Claudius hanc ob cauſam Dryudarum religionem deleuit, ut fratris ſui filiam Agrippinā ducere

XXX. Senatoribus, innumeris Eq.
Ro. mactatis, principiũ dedit. Hunc
nunc deum facere uultis? Videte cor
pus eius dijs iratis natum. Ad ſum-
mã tria uerba dicat, & ſeruũ me du-
cat. Hunc deum quis colet? quis cre/
det in eum? deniq; dũ tales deos fa/
citis, nemo uos deos credet. Summã
rei. P. C. ſi honeſte inter uos geſſi, ſi
nulli durius reſpondi, uindicate iniu
rias meas. Ego ꝑ ſententia mea hoc
cenſeo. Atq; ita ex tabella recitauit.
Quandoquidẽ diuus Claudius occi
dit conſocerum ſuũ Appium Sylla-
nũ, generos duos, Pompeium Ma-
gnum Antoniæ ex Petina. L. Sylla-
num Octauiæ ex Meſſalina, Soce/
rum filiæ ſuæ Craſſum Frugi, homi/
nẽ tam ſimilẽ ſibi, q̃ ouo ouũ, Scri-
boniã ſocrum filiæ ſuæ, Meſſalinam
uxorẽ ſuam, & cæteros quorum nu/
merus inueniri nõ potuit, placet mi/
hi in eum ſeuere animaduerti, nec il
li rerũ iudicandarũ uacationẽ dari,
eumq; q̃primũ exportari cœlo, in-
tra dies. xxx. excedere olympo, intra
diem terras. Pedibus in hanc ſentẽ/
tiam itum eſt. Nec mora Cyllenius
illũ collo obtorto trahit ad inferos
a cœlo, unde negant redire quenq̃.
Dum deſcendunt per uiam ſacram,
interrogat Mercurius, quid ſibi ue-
lit ille cõcurſus hoĩm, nũ Claudij fu/
nus eſſet? Et erat oĩm formoſiſſimũ,
& impenſa cura plenũ, ut ſcires deũ
efferri, tibicinum, cornicinũ, omniſq;
generis ſonatorum tanta turba, tan/
tus conuentus

ducere poſſet, quod nõ licebat ante. Nam
Claudius ſenatum ingreſſus decretum po
ſtulauit, quo iuſte inter patruos, fratrumq;
filias, nuptiæ etiam in poſterum ſtatueren
tur. Extat apud Tacitum, in hanc rem Vi/
tellij orõ coram ſena
tu habita. XXX.
ſenatores.) De hoc
ſic Suetoni9, Die ipo
Claudij & Agrippi/
næ nuptiarũ in qnq;
&. xxx. ſenatoreſ, tre
centoſq; amplius eq/
tes Ro. tanta facilita/
te aĩaduerſum, ut de
nece conſularis uiri,
renunciãte centurio
ne factum eſſe, quod
imperaſſet, negaret
Claudius q̃cq; ſe im
peraſſe, nihilominus
rẽ cõprobaret affir-
mantibus liberis offi
cio milites fũctos, ꝙ
ad ultionẽ impatoris
ultro procurriſſent.
Tria uerba.) Qđ
balbus eſſet, & tamẽ
iudicis eſt, tria uerba
dicere, quæ dieb9 ne/
faſtis non licebat. Eſt
aũt iucũda προσονομα
σία in dicat & ducat.
Summã rei) impe
rij. Ex tabella reci-
tauit) Alludit ad cõ-
ſuetudinẽ antiquã, q̃
in ſenatu cenſentes,
de ſcripto ſentẽtiã ꝑ
ferebant, & recitare
uerbũ hoc ſignificat.
Appiũ Syllanum)
Quẽ cum Meſſalina
& Narciſſus, cõſpiraſ
ſent pdere, diuiſis pti
bus, alter ante lucem
ſimilis attonito, pa-
troni cubiculum irru
pit, affirmãs ſomniaſ
ſe ſe uim ei ab Appio
illatam. Altera in ad-
miratiõe firmata, ſibi
quoq; eandem ſpe/
ciem aliquo t iam noctibus obuerſari retu
lit. Nec multo poſt ex compoſito irrumpe
re Appius nunciatus, cui pridie ad id tẽpo
ris, ut adeſſet, præceptum erat, quaſi plane
repreſentaretur ſomni fides, arceſſi ſtatim
ac mori iuſſus ẽ. Hæc
Suetonius. Craſ-
ſum frugi) Huius me
minit quodam loco
Tranquillus. Tam
ſimilem ſibi, q̃ ouo
ouum) Prouerbium
eſt, quo utimur, pro-
pinquam ſimilitudi-
nem indicantes. Vi-
de Chiliades Eraſmi
Roterodami. Nec
illi rerum iudicanda
rũ uacationẽ.) Quẽ
admodũ ipſe uiuẽs
pro conditiõe cuiuſ/
q; ciuis uacationem
legis Papiæ conſtitu
erat, hoc eſt, ut ea le/
ge non tenerentur.
Pedib9 in hanc ſen
tentiam.) Non pau/
ci ſunt qui opinãtur,
pedarios ſenatores
appellatos, qui ſentẽ
tiam non uerbis di-
cerẽt, ſed in alienam
ſententiam pedibus
irent, inquit Gellius
libro tertio Vnde di
ctum eſt, in ſenten-
tiam ire, & pedibus
ire in ſententiam.
Cyllenius.) Mer-
curi9, a Cyllene mõ/
te Arcadiæ ſic dict9.
Vnde negãt) Ver
ſus eſt Catulli, de paſ
ſere mortuo Leſ-
biæ. Illuc unde ne-
gant redire quenq̃.
Viam ſacrã.) Via
eſt Romæ ſic dicta.
In hac apparet illum
fuiſſe ſepultum.
Vt ſcires deum ef
ferri.) locus eſt a ſtul
ticia. Nã hoc ipſum
pugnat



tus conuentus, ut etiã Claudius au/
dire poſſet. Oĩes læti, hilares. P. R.
ambulabat tanq̃ liber. Agatho, &
pauci cauſidici plorabant, ſed plane
ex animo. Iuriſconſulti e tenebris ꝓ/
cedebant, pallidi, graciles, uix haben
tes animam, tanq̃ qui tum maxime
reuiuiſcerẽt. Ex his unus cũ uidiſſet
capita conferentes, & fortunas ſuas
deplorãtes cauſidicos, accedit, & ait,
Dicebam uobis non ſemper Satur/
nalia erũt. Claudius ut uidit funus
ſuum, intellexit ſe mortuũ eſſe, In/
genti enim uoce,
cantabatur anapæſtis.

Fundite fletus, ædite planctus, fingi
te luctus,
Reſonet triſti clamore forum, ceci-
dit pulchre
Cordatus homo, quo non alius fuit
in toto fortior orbe.
Ille citato uincere curſu poterat ce/
leres,
Ille rebelles fundere Parthos, leui/
buſq; ſequi
Perſida telis, certaq; manu tendere
neruum,
Qui præcipites uulnere paruo fige-
ret hoſtes.
Pictaq; Mœdi terga fugacis. ille Bri
tannos
Vltra noti littora ponti, & cæru-
leos
Scuta Brigantes dare Romuleis col
la cathenis
Iuſſit, & ipſum noua Romanæ iura
ſecuris
Tremere oceanum. deflete uirum,
quo non alius
Potuit citius diſcere cauſas, una tan
tum

Parte

pugnat cum ratione
dei, efferri mortuũ.
Vt etiã Claudius.)
Tã ſtupidus & ſom/
nolentus, deniq; mor
tuus. Pauci cauſidici
plo.) Merito luge/
bãt cauſidici ob mor
tuum Claudiũ, quip/
pe qui in ſe nimia fa/
cilitate uſus eẽt. Scri/
bit enim Tranquil-
lus, ſe a natu maiori-
bus audiſſe, cauſidi/
cos adeo patientia
Claudij abuti ſolitoſ,
ut deſcẽdẽtẽ e tribu/
nali non ſolũ uoce re
uocarẽt, ſed & lacinia
togæ retẽta, interdũ
pede apprehenſo re/
tinerẽt. Sed plane
ex animo) Obiter ta
xat publicũ morem,
quo lugebant etiam
conducti. Iuuenalis,
Plorãt lachrymis a-
miſſa pecunia ueris.
Dicebã uobis non
ſemper) hoc eſt præ
dicebam uobis, non
ſemp adeo fauẽtem
Cæſarem habebitis,
cuius abutamini pa-
tientia. Saturnaliorũ
licentia nota eſt. In q/
bus ſerui quoq; liber
tate gaudebãt, & dñi
uiciſſim ſeruis mini/
ſtrabant. Sub Clau/
dio plus poterant ad
uocati q̃ iureconſul/
ti. Sapit prouerbiũ ſi/
mile illi, θύραζε κάρες
οὐκ ἔτ᾽ ἀνθεστήρια. i. Foraſ
Cares non amplius
Anthiſteria. Ingenti
ẽm uoce) πάντας γὰρ
κάχετον ἵκετο πένθος,
id eſt, Nam cunctos
dolor intolerandus
adiuit. Ex Iliados un
decimo repoſuimus,
ꝙ nõ male quadrare
uideatur. Fũdite.)
Anapæſtica ſunt fa-
miliaria Tragœdijs,
licet recipiãt Dacty/
los & Spondæos. pò
ſtremo tamen loco,
nõ admittũt niſi ſpõ/
dæũ aut Anapæſtũ.
Rebelles Parthos)
De Parthis ſub Clau
dio Mithridatem re
gem expetẽtibus ac
de eorũ diſſenſione,
lege Tacitum in. xij.
Qui.) .i. quo. ſ. ner
uo. Vulnere par.)
Sagittæ. Pictaq;
terga) propter ſcutũ
pictũ. Britannos)
Nam ut inquit Sue-
tonius, a Geſſoriaco
(nũc Caleſiũ uocant)
in Britanniam tranſ-
miſit, ac Cn. Sentij &
Auli Plautij ductu,
ſine ullo prælio, aut
ſanguine, intra pau-
ciſſimoſ dies parte in
ſulæ in deditionẽ re/
cepta, ſexto q̃ profe-
ctus erat menſe, Ro/
mam redijt, triũpha/
uitq; maximo appa/
ratu. Brigantes)
Populi ſunt Britan-
niæ, de quorũ diſcor
dijs meminit Corne
lius Tacitus in duo/
decimo. nũc eã regiõ
nẽ Vualli habitant.
Ponit etiam Brigan-
tium oppidum Pto-
lemeus in deſcriptio
ne Rhetiæ. Et ip-
ſum noua.) Hoc di-
xit ꝓpter Orcadas in
ſulas, quas Claudius
ĩperio Romano pri/
mus adiecit, ut teſtatᷣ
Euſebius. Nõ ali9
citius.) locus eſt ex
ambiguo. Nã cito co



gnoſcit

gnoſcit, qui ſtatim intelligit, & abſoluit. Et cito cognoſcit, qui pronunciat nõ auditis partibus, ita ut Claudius ſolebat. Toto anno) Ius ẽm laborioſiſſime dixit, etiã ſuis ſuorumq; diebus ſolennibus nõnunq̃, feſtis quoq; antiquit⁹ & religioſis. Autor Tranquillus. Qui dat) Iudex inferoꝝ Minos, q̃ quondã Cretæ præfuit. Hunc poſt mortem ob iuſticiã ſuam poetæ apud inferos ius dicere finxerunt. At Creteſes, ut quos ciuilitate & moribus erudijt, ad Iouẽ tantq̃ præceptorẽ itaſſe memorãt, in Ida mõte ſpeluncã oſtendẽtes, atq; illi in nonum annũ conſueſſe, necnon didiciſſe, quæ ad Rempublicã inſtituendam utilia forent. Id q̃d Max. Tyrius his uerbis innuit. τί δ' οἱ Κρῆτες; ἢ σοὶ οὐ δοκοῦσιν ὑπὸ βασιλεῖ τῷ Μίνω κομηθέντες καλῶς ἀσκηθέντες περὶ ἀρετήν, διδάσκαλον αὐτῶν ἐπιφημίσαι τὸν Δία. εἶναι μὲν αὐτόθι ἐν τῇ Ἴδῃ ἄντρον Διός. φοιτῶντα δὲ τὸν Μίνω δι' ἐνάτου ἔτους συγγινόμενον τῷ Διὶ μανθάνειν παρ' αὐτοῦ τὰ πολιτικά. οὗτοι Κρητῶν λόγοι. Meminit huius Homer⁹ Odyſſeæ undecimo. O cauſidici uenale ge.) De rhetoribus dictũ ὑποτιθεῖσι τὴν χεῖρα τοῖς λήμμασι καὶ τὴν φωνὴν πιπράσκουσιν. qui muneribꝰ linguam uenditant. Sic Velleius Patercul⁹ uetuſtiſſimus ſcriptor, quẽ noſ nuprime in Murbacenſi bibliotheca reperimus, aliquando

Parte audita, ſæpe & neutra. quis nunc iudex
Toto lites audiet ãno? tibi iã cædet
Sæde relicta qui dat ꝓplo iura ſilẽti
Cretæa tenens oppida centum. cædite mœſtis
Pectora palmis, o cauſidici uenale genus.
Voſq; poetæ lugete noui, uos in primis
Qui concuſſo magna paraſtis lucra fritillo.

Delectabat laudibus ſuis Claudius & cupiebat diuti⁹ ſpectare. Inijcit illi manũ Talthybius deoꝝ nuncius, & trahit capite obuoluto, ne qs eũ poſſit agnoſcere, ꝑ campũ Martiũ. Et inter Tiberim & uiã rectam deſcendit ad inferos. Anteceſſerat iam cõpendiaria uia Narciſſus libertus, dominus domini, ad patronum excipiendum, & uenienti nitidus, ut erat a balineo occurrit & ait. Quid dij ad homines? Celerius præcedito, inq̃t Mercurius, & uenire nos nuncia. Ille autẽ patrono plura blandiri uolebat, quẽ Mercurius iterum feſtinare iuſſit, & uirga morantẽ impulit. Dicto citius Narciſſus euolat. Omnia procliuia ſunt, facile deſcenditur. Itaq; quãuis podagricus eſſet, momento temporis peruenit ad ianuam Ditis, ubi iacebat Cerberus, uelut ait Horatius, bellua centiceps, ſeſe mouens, uilloſq; horrendos excutiẽs. puſillum ſubperturbatur, ut illum uidit canem nigrum. Nam albam canem in delicijs habere

ſtudioſis impertituri, Plancũ proditorem qui ab Antonio ad Cæſarem trãſfugerat, in omnia & in omibus uenalem perq̃ eleganter appellat. Concuſſo fritillo.) Nam (autore Suetonio) Claudius alea ſtudioſiſſime luſit, de cuius arte librũ emiſit. Solitus etiam erat in geſtatorio ludere, ita eſſedo alueoq; adaptatis, ne luſus cõfunderet. Talthybius) Eſt Talthybius, præco apud Homerũ in primo Iliados, quẽ Agamemnõ ad tentoria Achillis miſit. ἀλλ' ὅγε Ταλθύβιόν τε καὶ Εὐρυβάτην προσέειπε. i. Aſt hic Talthybium affatus fuit Eurybatenq; Eſt & nuncij nomen apud Euripidẽ, qui Hecubam iuſſit filiã ſuã Polyxenam ſepelire. Narciſſus) Ab epiſtolis Claudij ante omes dilectus. Dominus domini.) Scribit ẽm Corneli⁹ Tacitus, Claudiũ libertos, quos rei familiari præfecerat, ſibique ac legib⁹ adæquaſſe. De immodicis Narciſſi diuitijs & Claudij in eum indulgentia ſic ſcribit Satyricus, Nec Croeſi fortuna unquã, nec Perſica regna Sufficient anio, nec diuitiæ Narciſſi Indulſit cæſar cui Claudius omia. Virga.) Caduceo. Facile deſcenditur) Alludit ad poetam. Facilis deſcenſus auerni. Velut ait Horatius.) Eſt apud Horatium in Oda, qua arborẽ alloquitur, cuius caſu pene perierat, ubi inquit,



quit, Demittit atras bellua centiceps Aures, & intortis capillis Eumenidum recreãtur angues. Nec quem uelis.) Superſtitioſa ſiquidẽ antiquitas nigri ſeu deformis occurſũ, infelicis ominis loco ponebat. Et tẽpus nocturnũ alio qui per ſe ſubinfauſtum habetur. Hinc illud apud Satyrographum, Et cui per mediam nolis occurrere noctem. Ab hiſtoricis memoriæ ꝓditum eſt, quo pacto quidã imperator, q̃ in uia Maurũ hiſtrionem habuiſſet obuium, mortem ſibi ſit ominatus. Cantãtes.) οἵ οἱ κεδνότατοι καὶ φίλτατοι ἦσαν ἁπάντων. Illi qui fuerant chari magis atq; honorati. Hunc uerſiculum ex nono Iliados hic infulciuimus. Trogus.) Saufelli Trogi meminit Tacitus. Quos Narciſſus duci iuſſerat.) Hi iuſſu Narciſſi fuerant occiſi. Pantomimus.) Mimus imitatorem ſignificat, Pantomimus eum qui omnes perſonas effingit repreſentatq;. Poſides) Libertorũ præcipue ſuſpexit Poſidem ſpadonem, quẽ etiam Britannico triumpho, inter militares uiros haſta pura donauit, Vt refert Suetonius. Felix) Hunc cohortibus & alis, ꝓuinciæq; Iudææ præpoſuit, trium reginarum maritum. Author Tranquilluſ & Tacitus. Apud Felicem Paulus apoſtolus a iudæis accuſatus, ſe excuſauit, ut ſcribit Lucas in actis apoſtolicis, & meminit Euſebius. Cum Pallante fratre) Hic fuit a rationibus Claudij, quem & Narciſſum, de quo pauloante, decreto quoq; ſenatus non modo præmijſ ingentib⁹, ſed & quæſtorijſ prætorijſq; ornamentis ornari libẽter paſſus eſt, Tantũ præterea acquirere & rapere, ut querente eo quondam de fiſci exiguitate, nõ abſurde ſit dictum, abundaturum ſi a duobus libertis in conſortium reciperetur, ut ꝓdit Suetonius. De his & Plinius meminit ſic ſcribens. Multos poſtea cognouimus ſeruitute liberatos, opulentiores, pariterq; tres Claudij principatu, Pallantẽ, Calliſtum, & Narciſſum. Cornelius Tacitus, ubi de Pallãte loquitur, Fixũ eſt, inquit, ære publico ſenatuſconſultum quo libertin⁹ ſeſtertij ter millieſ poſſeſſor, antiquæ parſimoniæ laudibus cumulabatur. Hinc cecinit Iuuenalis, Ego poſſideo pluſ Pallante & Licinis. De monumẽto Pallãtis, ad Montanũ Plinius iunior meminit. Harpocras.) Huic lectica per urbem uehendi, ſpectaculaq; publice ædẽdi ius tribuit. Polybi⁹) Hic a ſtudijs Claudij, ſæpe inter duos conſules ambulabat. Lege Cornelia.) Lege Cornelia de ſicarijs tenetur, inquit Martianus iurecõſultus, libro

habere cõſueuerat, ille autem totus informis eſt, nec quẽ uelis tibi in tenebris occurrere. Et magna, inquit, uoce Claudius Cæſar uenit. Ecce ex templo cum plauſu procedũt cantãtes

Hic erat Coſ. deſig. Iunius Prætorius, Sex. Trallianus, Heluius, Trogus, Coriotect⁹, Valens, Fuſidius, Eq. Ro. quos Narciſſus duci iuſſerat. Medius erat in hac cantãtium turba noſter Pantomimus, quem Claudius decoris cauſa minorẽ fecerat. Nec non Meſſallinam cito rumor ꝑcrebruit, Claudiũ ueniſſe. Cõuolarant primũ omniũ, liberti Myron, Ampyronas, Ampæus, Pheronas, Poſides haſta pura inſignis, Felix cũ Pallante fratre, Harpocras, Polybius, quos omnes Claudius Quæſtorijs, Prætorijſq; muneribus ubi impertitus eſſet, præmiſerat. Deinde præfecti duo iuſtus Catonius, & Ruffus Pompeij. F. Deinde amici Saturnius Luſcus, & Pedo Pompeius, & Lupus, & Celeraſinus, conſulares. Nouiſſime fratris filia, ſororis filia, generi, ſoceri, ſocrus, omes plane cõſanguinei. Et agmine facto Claudio occurrũt. Quos cum uidiſſet Claudius exclamat, quomodo huc ueniſtis? Tum Pedo Pompeius. Quid dicis hõ crudeliſſime? Quæris quõ? Quis enim nos alius huc miſit q̃ tu oium amicoꝝ interfector? In ius eamus, ego tibi hic ſellas oſtendã. Ducit illũ añ tribunal Aeaci, is lege Cornelia, q̃ de ſiccarijs lata

libro Pandectarum quadrageſimo octauo) q hoiem occiderit, cuiuſue dolo malo incendiũ factum erit, quiue hominis occidendi furtiue faciendi cauſa cũ telo ambulauerit. Pœna huiꝰ legis eſt, in inſulã deportatio, & omniũ bonorũ ademptio. ſed ſolent hodie capite puniri, niſi honeſtiore loco poſiti fuerint, quã ut legis pœnam ſuſtineãt, ut habetur eodem titulo. Mire uero hic expreſſit morem priſtinũ iudiciorũ. Claudiana lingua) Siue quod Gallus eſſet, ſiue quod Balbus, ſiue quod ſemper egeret Claudij negocio. Iocus eſt ex amphibologia. Homo iuſtiſſimus.) Iuſtum enim par pari referre. Sic ille tractauerat reos. Alioqui iniuſtiſſimũ eſt, reum non ſine reloq. Nouitate rei.) Quod uidelicet una tantum accuſationis parte audita, ſtatim iudicaſſet. Quã nouum.) Sæpe enim inauditos reos damnauerat. Si minꝰ dij latura) Legimus dilaturam, ut ſit nomen, & pro interuallo pœnarũ interpretamur, quaſi dum Tantalus aut Siſyphus a ſuis tormentis feriarẽtur, Claudiꝰ interim ſuccedere deberet. Tãtalum ſiti.) Tantalus ſtagno apud inferos labrotenꝰ immerſus,

lata eſt, quærebat, poſtulat, nomen eius recipit, ædit ſubſcriptionẽ. Occiſos Senatores. XXX. Equites Ro. CCCXV. atq; plures. Cæteros. CC XXI. Exterritus Claudius oculos undecunq; circũfert, ueſtigat aliquem patronum, qui ſe defenderet. Aduocatum non inuenit. Tandem procedit. P. Petronius, uetus cõuictor eius, homo Claudiana lingua diſertus, & poſtulat aduocationẽ. Non dat͂. Accuſat Pedo Pompeius magnis clamoribus. Incipit P. Petronius uelle reſpondere. AEacus homo iuſtiſſimus, uetat illum loqui. Altera tantum parte audita cõdemnat, & ait.

Ingens ſilentium factum eſt. Stupebant omnes nouitate rei attoniti, negabant hoc unquã factum. Claudio iniquum magis uidebatur q̃ nouũ. De genere pœnæ diu diſputatũ eſt, quid illum pati oporteret. Erant qui dicerent, ſi minus dij latura feciſſent, Tantalum ſiti periturum, niſi illi ſuccurreret. Non unq̃ Siſyphum onere releuari. Aliquando Ixionis miſeri rotam ſufflaminandam. Non placuit ullis ex ueteranis miſſionem dari, ne uel Claudius unq̃ ſimile ſperaret. Placuit nouam pœnam excogitari debere, inſtituendum illi laborẽ irritum, & alicuius cupiditatis, ſpes ſine fine effectus. Tum AEacus iubet illum alea ludere percuſſo fritillo. Et iam cœperat fugientes teſſeras ſemper quærere, & nihil proficere.

Iam quoties miſſurus erat reſonante fritillo,
Vtraq; ſubducto fugiebat teſſera fundo.
Cumq; recollectos auderet mittere talos,
Luſuro ſimilis ſemper, ſemperq; petenti,

Decepere

& pomis circum os ex arbore propendẽtibus, ſiti tamen & fame torquetur. nam ſi bibere uelit, refugit aqua, ſi pomum arripere tentet, arbor ſurſum reſilit. Ouidius, Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus. Siſyphum onere.) Siſyphi ſaxum illud ingens apud inferos ubi in montem protruſum fuerit, ſtatim delabitur, iterum inani conatu ſurſum ferendum. De huiꝰ & Tantali pœnis lege Homerum. xi. Odyſſeæ, circa finem, ubi Vlyxes refert, quæ apud inferos uiderit. Ixionis miſeri rotam ſufflaminandam.) Ixion apud inferos rotæ alligatus, aſſidue circumfertur. Meminit huius, Lucianus in Dialogis Deorum. Ex ueteranis miſſionẽ.) Vtitur metaphora militari. Militibus enim datur miſſio, cum citra ignominiam exauctorãtur. Alea ludere.) Qua uiuens adeo ſtudioſe luſit. C. Cæſar.) Nã Caligula Cæſar, Claudij ex fratre nepos, hũc (ut ſcribit Suetoniꝰ) non niſi ad ludibriũ reſeruauit. quid mirũ igitur ſi a Caio in ſeruitutem poſcatur.

Ab illo



Ab illo flagris) De his, qui iuſſu Caligulæ uapularunt, in hũc modum ſcribit Seneca noſter, libro. iij. de ira. Modo C. Cæſar, Sextum Papiniũ cui pater erat conſularis, Bethenum Baſſum, quæſtorẽ ſuum procuratoris ſui filium, alioſq; & equites Romanos, & ſenatores uno die flagellis cecidit. Cognitionibꝰ) Cognitiões ſunt cau

Decepere fidem. refugit, digitoſq; per ipſos
Fallax aſſiduo dilabitur alea furto.
Sic cum iam ſummi tanguntur culmina montis,
Irrita Siſyphio uoluuntur pondera collo.

Apparuit ſubito. C. Cæſar & petere illũ in ſeruitutem cœpit, producit teſtes, qui illum uiderant ab illo flagris, ferulis, colaphis uapulantẽ. Adiudicatur. C. Cæſari, illũ Aeacus donat. Is Mẽnandro liberto ſuo tradidit, ut a cognitionibus abeſſet.

ſarum, ut cũ dicimuſ, Senatꝰ Romani cognitionẽ certæ legi nõ fuiſſe obnoxiam. Ac proculdubio Caium hic notat, ut qui cognoſcẽdi prouinciam ſæpe libertis ſuis cõmitteret, quo magis a curis liber altiori ocio frueretur.

LVDI L. ANNEI SENECAE DE MORTE CLAVDII CAESARIS, ET SCHOLIORVM BEATI RHENANI FINIS.

## LVCII ANNEI SENECAE DE QVATVOR VIRTVTIBVS LIBER VNVS.

QVATVOR uirtutum ſpecies multorum ſapientũ ſentẽtijs diffinitæ ſunt, quibus animus humanus cõponi ad honeſtatẽ uitæ poſſit. Harum prima eſt prudentia. Secunda magnanimitas. Tertia continentia. Quarta iuſticia. Singulæ tibi his officijs quæ ſubſunt annexa ſunt, ac bene moratum uirum efficiunt.

### De prudentia.

QVíſquis ergo prudentiam ſequi deſyderat, tunc per rationem recte uiuet, & ſi omnia prius exiſtimet & perpenſet, & dignitatem rebus non ex opinione multorum, ſed ex eorũ natura conſtituat. Nam ſcire debes quia ſunt quæ uideantur eſſe bona, & non ſunt, & ſunt quæ uideantur non bona eſſe, & ſunt. Quæcunq; ex rebus tranſitorijs poſſides non mireris, nec magnum exiſtimes quod caducum eſt, nec apud te quæ habes tanq̃ aliena ſeruabis, ſed pro te tãq̃ tua diſpenſes & utaris. Si prudentiam amplecteris ubiq; idem eris, & prout rerũ ac temporum uarietas exigit, ea accõmodes ipſi, nec te in aliquibus mutes, ſed potius aptes, ſicut manus quæ eadem eſt cum in palmam extenditur, & cum in pugnum aſtringitur. Prudentis proprium eſt examinare cõſilia, & non cito facili credulitate ad falſa prolabi. De dubijs non diffinias, ſed ſuſpenſam tene ſententiam. Nihil inexpertum affirmes, quia non omne uériſimile ſtatim uerum eſt, ſicut & ſæpius quod primum incredibile uidet͂, non continuo falſum eſt. Crebro ſiquidem faciem mendacij ueritas retinet. Crebro mẽdacium ſpecie ueritatis obcluditur. Nam ſicut aliquando triſtem frontem amicus, & blãdam adulator oſtendit, ſic uériſimilitudine coloratur ueritas, & ut fallat uel ſurripiat coloratur. Si prudens eſſe cupis, in futura proſpectum intende, & quæ poſſunt contingere animo tuo propone. Nihil tibi ſubitum ſit, ſed totum ante conſpicies. Nam qui prudens eſt non dicit, non putaui quidem hoc fieri, quia non dubitat, ſed ſpectat, nec ſuſpicatur, ſed cauet. Cuiuſcunq; facti cauſam require, cum initia inueneris, exitus cogitabis. Scito te in quibuſdam debere perſeuerare, quia cœpiſti. quædam uero nec incipere, in quibus perſeuerare ſit noxium. Prudens fallere non uult, falli non poteſt. Boni eſt uiri etiam in morte neminem fallere. Opiniones tuæ iudicia ſint. Cogitatiões uagas & uelut

 ſomno

ſomno ſimiles nõ recipies, quibus ſi animus tuus oblectauerit, cũ omnia diſpoſueris triſtis remanebis, ſed cogitatio tua ſtabilis & certa ſit, ſiue deliberet, ſiue quæret, cõtempletur, non recedat a uero. Sermo quoq; tuus non ſit inanis, ſed aut ſuadeat, aut moneat, aut conſoletur, aut præcipiat. Lauda parce, uitupera parcius. Nam ſimiliter reprehenſibilis eſt nimia laudatio, ut imoderata uituperatio. Illa ſiquidem adulatione, iſta malignitate ſuſpecta eſt. Teſtimoniũ ueritati, nõ amicitiæ reddes. Cum cõſyderatione promittas, plenius ꝙ promiſeris præſta. Si prudens eſt animꝰ tuus, tribus tẽporibus diſpenſetur. Præſentia ordina, futura prouide, præterita recordare. Nam q nil de præterito cogitat, perdet uitam, qui nil de futuro præmeditat̃, in oĩa incautus incidit. Proponas in anio tuo futura mala & bona, ut illa ſuſtinere poſſis, & iſta moderari. Non ſemp in aſtu ſis, ſed interdũ animo tuo requiẽ dato, & requies ipſa plena ſit ſapientiæ ſtudijs & cogitationibꝰ bonis. Nam prudens nunꝙ ocio marcet. Habet autẽ aliquando remiſſum animũ nunꝙ ſolutum, accelerat tarda, ꝑplexa expedit, dura mollit, exæquat ardua. Scit eñ quid qua uia aggredi debeat, & cito ſingula, & diſtincte cuncta uidet. Conſiliũ peritorũ, ex apertis obſcura extimat, ex paruulis magna, ex ꝓximis remota, ex partibus tota. Nõ te moueat dicentis auctoritas, nec quis, ſed quid dicat intendito. Nec ꝙ multis, ſed qbuſlibet placeas cogita. Id quære quod inuenire poſſis. Id diſce quod potes ſcire. Id opta quod optari corã bonis poteſt. Nec altiori te rei imponas, in ꝙ tibi ſtanti tremendũ, aſcendenti cadendũ ſit. Conſilia tibi ſalutifera aduoca. Cum tibi alludit uitæ proſperitas tunc te uelut in lubrico retinebis ac ſiſtes, nec tibi dabis impetus liberos, ſed circũſpicies quo eundũ ſit, uel quouſq;.

## De magnanimitate.

MAgnanimitas uero quæ & fortitudo dicit̃, ſi inſit animo tuo cum magna fiducia uiues liber, intrepidus, alacer. Magni animi hominis bonũ eſt nõ uacillare, conſtare ſibi, & finẽ uitæ intrepidus expectare. Nil aliud magnũ in rebus humanis, niſi animus magna deſpiciẽs. Si magnanimꝰ fueris, nunꝙ iudicabis tibi contumeliã fieri. de inimico dices, nõ nocuit mihi, ſed animũ nocendi habuit. & cũ illum in poteſtate tua uideris, uindictã putabis uindicare potuiſſe. Scito eñ honeſtũ & magnũ genus uindictæ eſſe ignoſcere. Neminẽ ſuſurro appetas, neminẽ odias, palã aggredere, non geres conflictũ niſi indixeris, nã fraudes & dolos imbecillũ decet habere. Eris magnanimꝰ, ſi pericula nec appetas ut temerariꝰ, nec formides, ut timidus, nam nil timidũ facit animũ, niſi reprehenſibilis uitæ cõſcientia. Menſura ergo magnanimitatis eſt, nec timidum eſſe hominem, nec audacem.

## De continentia.

COntinentiã uero ſi diligis, circũcide ſuperflua, & in animũ deſyderia tua conſtringe. Conſydera tecũ quantũ natura poſcat, & non quantũ cupiditas expetat. Si cõtinens fueris, eo uſq; ꝑueneris, ut teipſo cõtentus ſis. Nam qui ſibiipſi ſatis eſt, cũ diuitijs natus eſt. Impone concupiſcentiæ tuæ frenũ & modũ, quæ occulta uoluptate animũ trahunt reijce. Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatẽ. Obſerua ne in cõuiuio aut in qualibet uitæ cõmunitate, quos nõ imitaberis damnare uidearis, nec præſentibꝰ delitijs inhærebis, nec deſyderabis abſentes. Victus tibi ex re facili ſit nec ad uoluptatẽ, ſed ad cibũ accede. Palatum tuũ fames excitet, nõ ſapores. Deſyderia tua paruo redime, quia hoc tantũ curare debes ut deſinãt, atq; quaſi ad exemplar cõpoſitus diuinũ, a corpore ad ſpiritũ quantũ potes te feſtina reducere. Si cõtinentiæ ſtudes habita nõ amœne, ſed ſalubriter. nec dominũ eſſe uelis notũ a domo, ſed domũ a domino. Non tibi aſcribas quod nõ eris, nec quod es, nec maius ꝙ es uideri uelis. Hoc maius obſerua, ne paupertas tibi imunda ſit, nec parſimonia ſordida, nec ſimplicitas neglecta, nec leuitas languida, & ſi tibi res exiguæ ſunt, non tamen ſint anguſtæ. Nec tua defleas, nec aliena mireris. Si continentiã diligis, turpia fugito anteꝙ accidant, nec queꝙ alium uereberis plus ꝙ te. Omnia tolerabilia præter turpitudinẽ crede. A uerbis quoq; turpibus abſtineto, quia eorũ licentia imprudentiã nutrit. Sermones utiles magis ꝙ facetos & amabiles ama, rectos potius ꝙ obſecundantes. Miſcebis interdũ ſerijs iocos, ſed tẽperatos, & ſine detrimẽto dignitatis ac uerecundiæ. Nam reprehenſibilis riſus eſt ſi imodicus, ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter factus. Odibilem quoq; hominẽ facit riſus, aut





ſupbus, aut clarus, aut malignus & furtiuus, aut alienis malis euocatus. Si ergo ipſos iocos exigis, hoc quoq; cùm dignitate ſapientiæ gere, ut te nec grauent tanꝙ aſperũ, nec cõtemnant tanquã uilem. Non erit tibi ſcurrilitas, ſed grata urbanitas. Sales tui ſint ſine dente, ioci ſine uilitate, riſus ſine cachinno, uox ſine clamore, inceſſus ſine tumultu, qes tibi nõ deſidia erit, & cũ ab alijs ludit̃, tu ſancti aliquid honeſtiq; tractaueris. Si cõtinens es adulationes euita, ſitq; tibi tam triſte laudari a turpibꝰ, ꝙ ſi lauderis ob turpia. Lætior eſto quoties diſplices malis, & maloꝝ de te æſtimationes malas, ueram laudationem tui ſcribe. Difficillimũ continẽtiæ opus eſt, aſſentationes adulatione repellere, quarũ ſermones animũ uoluptate reſoluunt. Nullius ꝑ aſſentationẽ amicitiã merearis, nec ad tuã ꝓmerendã per hanc aditum pandas. Non eris audax nec arrogans, ſubmittes te, nõ proijcies grauitate ſeruata. Admoneberis libenter, & reprehenderis patiẽter. Si merito obiurgabit aliquis, ſcito quia ꝓfuit. Si imerito, ſcito qa prodeſſe uoluit. Non acerba ſed blãda timebis uerba. Eſto uitiorũ fugax ipſe, aliorum neq; curioſus ſcrutator, neq; acerbus reprehenſor, ſed ſine reprobatione correptor, ita ut admonitionẽ hilaritate præuenias, & errori facile ueniã dato, nec extollas queꝙ neq; deijcias. Dicentiũ eſto tacitꝰ auditor promptus receptor. Requirẽti facile reſponde, contẽnenti facile crede, ne iurgia diſſertationis defendas. Si cõtinens es, animi tui motus corporiſq; obſerua, ne indecori ſint. Nec illos ideo contemnas quia latent, nam nil differt, ſi nemo uideat, cũ tuipſe illos uideas. Mobilis eſto, non leuis, conſtans nõ pertinax. alicuiꝰ nec ſcientiã habere te, nec ignotum ſit, nec moleſtũ, Omnes tibi pares facies. Inferiores ſupbiendo nõ contemnas. Superiores recte uiuendo ne teneas. In reddenda officioſitate, neq; negligẽs, neq; exactor appareas. Cunctis eſto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, oĩbus æquus. Seuerior eſto in iudicio ꝙ in ſermone, uita ꝙ uultu, cultor clemẽtiæ, deteſtator ſæuitiæ, bonæ famæ neq; tuæ ſeminator, neq; alienæ inuidus, Rumoribus, criminibus, ſuſpitionibꝰ minime credulus uel malignus, ſed potius qui ꝑ ſpeciem ſimplicitatis ad nocendũ aliqbus ſurripuerit optatiſſimꝰ, ad iram tardus, ad miſericordiã pronus in aduerſis firmus, in ꝓſperis cautus & humilis, occultator uirtutũ ſicut alij uitiorũ. Vanæ gloriæ cõtemptor, & bonorũ, quibus præditus es, non acerbus exactor. Nullius imprudentiã deſpicias. Rari ſermonis ipſe, ſed loquentiũ patiens. Seuerus nõ ſæuus, ſed hilarem nõ aſpernas. Sapiẽtiæ cupidus & docilis, homines cũ docent diſcunt, quæ noſti ſine arrogantia poſtulanti imparties, quæ neſcis ſine occultatione ignorantiæ tibi poſtula impartiri. Non cõturbabit ſapiens mores publicos, nec populũ in ſæuitiæ nouitate conuertet. Iuſticiæ poſt hæc uirtus eſt.

## De Iuſticia.

QVid eſt iuſticia, niſi naturæ tacita conuentio in adiutorium multorũ inuenta. Et quid eſt iuſticia, niſi noſtri animi conſtitutio. Sed eſt diuina lex, & uinculũ ſocietatis humanæ. In hac non eſt quod æſtimemus quid expediat, expedit tibi quicquid illa dictauerit. Quiſquis ergo hanc ſectari deſyderas. Deum time prius & ama, & amaberis a deo. Amabis enim deum ſi in hoc illũ imitaberis, ut uelis oĩbus prodeſſe & nulli nocere, & tunc te iuſtum uirũ appellabũt oẽs, ſequentur, uenerabunt̃, & diligent. Iuſtus enim ut ſis non ſolum non nocebis, ſed etiam nocentes prohibebis, nam nil nocere non eſt iuſticia, ſed abſtinentia alieni eſt. Ab his ergo incipe ut non auferas, ut ad maiora proueharis, & alijs ablata reſtituas. Raptores quoq; ipſos ne alijs timendi ſint caſtiga & cohibe. Ex nulla uocis ambiguitate cõtrouerſiam nectes, ſed animi qualitatem ſpeculare, nihil tibi interſit an firmes, an uites. De fide & religione ſcias agi ubicunq; de ueritate tractatur, nam ſi iureiurando deus inuocetur, & non inuocanti teſtis eſt, tamen non tranſies ueritatem, ne iuſticiæ tranſeas legem. quod ſi aliquando coerceris uti mendatio, utere non ad falſi, ſed ad ueri cuſtodiam, & ſi cõtigerit fidelitatem mendacio redimi, non mentieris, ſed potius excuſaberis, quia ubi honeſta cauſa eſt, iuſtus ſecreta non prodit, tacenda enim tacet, loquenda loquitur, atq; illi aperta & ſecura tranquillitas, ut dum alij uincantur a malis, uincantur ab illo mala. Hæc ergo ſi ſtudere curaueris, lætus & intrepidus tui finem expectes, proſpiciens hæc triſtia hilaris, & tumultuoſa quietus, ſtrennuus ac ſecurus ꝑmanebis.

De menſura & moderatione prudentiæ.

HIs ergo inſtitutionibus obſeruatis quatuor uirtutum ſpecies perfectum te facient uirum, ſi menſurã rectitudinis earum æquo uiuendi fine ſeruaueris. Nã ſi prudentia terminos ſuos excedat, callida & pauida cõmiſeris, inueſtigator latentiũ & ſcrutator qualiũcunq; noxarum oſtenderis, notaberis timidus, ſpecioſus, attentus. Semper aliquid quærens, ſemp aliquid timens, ſemp aliquid dubitans, & ſubtiliſſimas ſuſpitiones ſuas ad animi tui apprehenſionẽ impinguas, mõſtraberis digito aſtutia plenus, uerſipellis & ſimplicitatis inimicus, cõtemplatorq; culparum, & poſtremo uno nomine uocaberis a cunctis, malus homo. In has ergo maculas prudẽtia immenſurata perducet, quicunq; in illa mediocri lance perſiſtit, nec obtuſum in ſe aliquid habeat, nec uerſutũ.

De moderanda fortitudine.

MAgnanimitas autẽ ſi ſe extra modum ſuum extollat, faciet uirum minacem, inflatũ, turbidũ, inquietũ, & in quaſcũq; excellẽtias dictorũ, actorũ, neglecta honeſtate feſtinum. qui momentis oĩbus ſupercilijs ſurrigens, ut beſtia. nam quieta excitat, alium ferit, alium fugat. Sed ꝗuis audax ſit impugnator tamẽ multa extra ſe ualentia ferre nõ poterit. Sed aut miſerũ appetit finem, aut erumnoſam ſui memoriã derelinquit. Menſura ergo magnanimitatis eſt, nec timidum eſſe hominẽ, nec audacem.

De modo temperantiæ.

COntinentia deinde his terminis te aſtringat, caue ne parcus ſis, ne ſuſpitioſe & timide manũ contrahas. Ne in minimis quoq; ſpeculum ponas. Nam talis & tam circumciſa uilis putabit̃ integritas. Hac ergo mediocritatis linea continẽtiã obſeruabis, ut nec uoluptati deditus, prodigus, & luxurioſus appareas. Nec auara tenacitate ſordidus, aut obſcurus exiſtas.

Qualiter ſit moderanda iuſticia.

IVſticia poſtremo eo mediocritatis tibi itinere regenda eſt, ut nec ductu iugiter leui immotã ſemp animi rationẽ negligentia ſubſequat̃. Corrigendi curã geras, ſed neq; licentiam peccandi, aut alludentibus proterue ꝑmittas, neq; miſſum nimia rigiditate, & aſperitate, nil ueniæ aut benignitati reſeruãs. Humanæ ſocietati durus appareas. Ita ergo iuſticiæ regula tenenda eſt, ut reuerentia diſciplinæ eius, neq; nimia negligentiæ cõmunitate deſpecta uileſcat, neq; ſeueriori atrocitate durata, gratiam humanæ amabilitatis amittat

Concluſio præmiſſorum.

SIquis ergo uitam ſuam ad utilitatem non tantũ pariat, ſed multorum inculpabiliter componere deſyderat, Hanc prædictarum uirtutum formulam pro qualitatibus temporum, locorum, perſonarum atq; cauſarum ſequatur, eo mediocritatis inſiſtens quo per abrupta altrinſecus præcipitia, aut ruentem corporis ſui deuitet inſaniam, aut efficientem puniat ignauiam.

Libri de Quatuor uirtutibus finis.

Eraſm⁹ Rot.

Apparet hunc libellũ non a Seneca fuiſſe cõſcriptũ, ſed cõcinnatum a quopiã illius ſtudioſo, & ſentẽtijs gaudente. Nã deprehẽduntur quædã alibi a Seneca ſcripta.

*

LVCII ANNEI SENECAE CORDVBENSIS

DE MORIBVS LIBER VNVS.

OMNE peccatum actio eſt. Actio autẽ omnis uoluntaria eſt, tam honeſta quã turpis, ergo uolũtarium eſt omne peccatum. Tolle excuſationẽ, nemo peccat inuitus. Educatio & diſciplina mores faciunt, & id unuſquiſq; ſapit, quod didicit. Itaq; bona cõſuetudo excutere debet, quod mala inſtruxit. Nihil intereſt quo aĩo facias, quod feciſſe uitioſum eſt, quia facta cernunt̃, animus uero non uidet̃. Nulla autẽ laus eſt, nõ facere, quod facere nõ poſſis. Quid hoĩ eſt inimiciſſimũ? homo. Libenter feras, qđ neceſſe eſt. Dolor patientia uincitur. Expecta quod nunꝗ pœniteas. Non ꝙ multis placeas, ſed qualibus ſtude.



ſtude. In hoc tantum incumbe, ut libentius audias, quam loquaris. Multos uitam differentes, mors iuncta præuenit. Itaq; omnis dies uelut ultimus iudicetur. Triſticiam ſi potes, ne admiſeris, ſin minus, ne oſtenderis. Amicos ſecreto admone, palam autem lauda. Verba rebus non perſonis æſtimanda ſunt. Oratorẽ te puta, ſi tibi ante omnes, quod oportet perſuaſeris. Vt licentioſa mancipia animi imperio coerce, linguam, uentrem, & libidinem. Quod tacitum eſſe uelis, nemini dixeris. ſi tibi non imperaſti, quomodo ab alio ſilentium ſperas? Ridiculum eſt aliquem odio nocentis, innocentiã perdere. Monſtro ſimilis eſt, auaricia ſenilis. Quid enim ſtultius eſt quod dici ſolet, quam uia deficiente uiaticum augere? Omnes infantes terra nudos excipit. Non pudeat te fortius naſci, quam uiuere. Quid dulcius ꝙ habere amicum, cũ quo audeas ut tecum oĩa loqui? † Magnarum uirium eſt negligere lædentem. Quidſis intereſt, quid nõ habeas? nondũ es felix ſi te turba non deriſerit. Si uis beatus eſſe, cogita hoc primũ contẽnere, & contemni. Priuſquã promittas, deliberes, & cum promiſeris, facias. Id agas, ne quis merito te oderit, & ſi nullos inimicos tibi facies, iniuria multos facit. Solitudinem quærat, qui uult cum innocentibus uiuere. Optimus ergo animus, & pulcherrimus cultor dei eſt. Abſtinebis ab alieno matrimonio. præſtabis parentibus pietatem, cognatis indulgentiam, omnibus æquitatẽ. Deuitabis crudelitatem, & miniſtram crudelitatis iram. Non aliter uiuas in ſolitudine, aliter in foro. Nihil petas, quod negaturus fuiſti, nihil negabis, quod petiturus fuiſti. Pacem cum hominib⁹ habebis, cũ uitijs bellum. Hoc habet oĩs affectus, ut in quod ipſe inſanit, in id putet etiam cæteros furere. Maximum in eo uitiũ eſt, qui non melioribus uult placere, ſed pluribus. Vis omnib⁹ eſſe notus? prius effice, ut neminẽ noueris. Bonum eſt non laudari, & eſſe laudabilem. Stultum eſt timere, quod uitare non potes. Male opinentur de te homines, ſed mali. Malis diſplicere eſt laudari. Male de te loquuntur homines, bene autẽ loqui neſciunt, nõ quod merearis, ſed quod ſolent ipſi. Homines de te mala loquuntur. Si merito, non quod loquũtur moleſtũ eſt, ſed quod non mentiuntur. Si immerito, innocentia mea nunc maxime gaudeo. Apparet enim illos uera obiecturos, ſi poſſent. Non es in patria tua. Patria tua eſt, ubicũq; bene es, illud enim per quod bene eſt, nõ eſt in loco, ſed in homine. Nihil magnũ niſi magno animo deſpicias. Quæ ſunt maximæ diuitiæ? non deſiderare diuitias. Quis plurimũ habet? is qui minimũ cupit. Quid eſt dare beneficium? deum imitari. Honeſtius eſt cum iudicaueris amare, ꝙ cum amaueris, iudicare. Diſſenſio ab alio incipiat, a te autem reconciliatio. Succurre paupertati amicorũ, immo occurre. Amicos ſecundæ res parant aduerſæ certiſſime probant. Peiora ſunt tecta odia ꝙ aperta. Itaq; te minus loquax inimicus offendit ꝙ tacitus. Mira ratio eſt quæ non uult prædicari, quod gaudet intelligi. Ignoſci amat, qui quod odit oſtendit. Elemoſyna nõ tam accipientibus ꝙ dantibus prodeſt. Et ſpes premij ſolatium fit laboris. Quæ eſt maxima egeſtas? auaricia. Pecuniæ imperare oportet nõ ſeruire. Nullum conſcium peccatorũ tuorum magis timueris, quã temetipſum. Alium potes effugere, te autẽ nunꝗ. Quis eſt pauper? qui ſibi uidet̃. Qui a multis timet̃ multos timet. Infelicitatẽ erige, ſubmitte felicitatẽ. uera felicitas, innocẽtia eſt. Nequitia ipſa ſui pœna eſt. Mala cõſcientia ſepe tuta eſt, ſecura nunꝗ. Libidinis initia continebit, qui exitum cogitabit. Beneficij accepti nunꝗ oportet obliuiſci, dati protinus. Inhoneſta uictoria eſt ſuos uincere. Satis eſt pœnarum potuiſſe puniri. Inimicitias tarde ſuſcipe, amicitias exerce moderate. Simultates depone, Imago animi ſermo eſt. Qualis uir talis oratio. Magna res eſt uocis & ſilentij tꝑamentũ. Qui æquo animo malis im̃iſcetur, malus eſt. Neminẽ laudaueris, neminẽ cito accuſaris, ſemp puta te cum dijs teſtimoniũ dicere. Vitiũ eſt oĩa credere, uitiũ nihil credere. Vtendũ eſt diuitijs, nõ abutendũ. Nullũ putaueris locũ ſine teſte. Excuſationẽ quærere uitiũ. Fortior eſt q cupiditatẽ uincit, ꝙ qui hoſtem ſubijcit. Eſt difficillimũ ſeipſum uincere. Iniquæ iraſcit̃ qui ſuis iraſcit̃. Amare ſic incipe tanꝗ nõ liceat deſinere. Magnarũ rerum etiã ſi ſucceſſus nõ fuerit, honeſtus eſt ipſe conat⁹. Nobilitas animi eſt generoſitas ſenſus. Nobilitas corꝑis generoſus animus. Honeſtior eſt quẽ ſenectus ad ocium retulit, ꝙ quẽ in ocio inuenit, & tunc incipiat laborare. Turpe ſpectaculum præbet animus æger. Nunquam ſit triſtis facies tibi incommodo alterius. Homo ſum, quomodo deuitabo ſecundarũ rerũ inuidiã?

Seruãdus eſt ergo oĩ diligẽtia raro inuẽtus amic⁹. Eſt em̃ alter ego. Hæc in quodã exemplari reperi, ſed mihi uidẽtur a quopiã adiecta, e gloſſemate.

Si felicitatem

Si felicitatẽ iactaueris cũ multis diues eris. Quomodo optime potentiã tuebor? impotentia occaſionis. locum tenet inocentiæ proximũ confeſſio. Vbi cõfeſſio, ibi remiſſio. Iræ ſeueritas in uitio eſt. Boni iudicis eſt diſpenſare, nõ tantũ quid dãnandũ ſit, ſed quatenus. Proximus iuſticiæ modus ſeueritas. Quietiſſimã uitam agerent hoĩes in terris, ſi hæc duo uerba a natura omniũ rerum tollerent, meũ & tuum. Qui paupertatẽ timet, timendus eſt. Vires tuas amici magis ſentiant beneficijs ꝙ iniurijs. Pecunia nõ ſatiat auariciã, ſed irritat. Homo ſemꝑ indigens pecunia, ſcit cũ eius moribus cõuenire. Mihi crede, nõ potes diues eſſe, & felix. Auribus frequẽtius ꝙ lingua utere. Quicquid dicturus es antequã alijs dixeris dicito tibi. Nihil intereſt inter iratum & inſanũ, niſi unus dies. alter ſemꝑ iraſcitur, alter ſemꝑ inſanit. Facillime bonis frueris, ſi ea uitaueris quæ uituperaueris. Cum alienos timueris, teipſum uerere, nam ſepe ſine alijs eſſe potes, ſine te nunq;. Si bene te inſtruxeris, pudeat deteriora facere. Quid ꝑſuaſeris erit diuturnũ, quod coegeris, erit in occaſione. Alteri ſemꝑ ignoſcito, tibi ipſi nunq;. Tantum ad uirtutẽ adijcies, quantũ ex uoluptate abſtraxeris. Stultũ eſt ſomno delectari, & quaſi mortẽ moliri. Bonis nocet, qui malis parcit. Multi cum alijs maledicũt, ſibi ipſis conuitiũ faciũt. Nihil turpius, ꝙ qui obijcit alteri ſibi obijciendũ. Vt licentioſa mancipia, animi imperio rege, linguam, libidinẽ, uentrem, cupiditatẽq;, comprime, ſi nõ potes, paululũ remitte. Sepe ea quæ ſanari ratione nõ poterãt, ſanata ſunt tempore. Qui ꝓpter pecuniæ amorẽ & libidinũ moritur, oſtendit ſe nunq; ſui cauſa uixiſſe. Turpia ne dixeris, paulatim em̃ pudor ꝑ uerba diſcutit̃. Sic habita, ut potius laudet̃ domin⁹, ꝙ domus. Cõſuetudinaria res eſt innocentia. nõ damnatio ſed cauſa hominẽ turpem facit. merito dãnari pœna eſt, damnatio imerita, dãnata eſt calamitas. Si aliquid cogitaueris, cito apparebit cõuerſantibus. Videri uis ab oĩbus, nunq; bonæ honeſtatis ſimulatio longa eſt. Quod de alienis tractas, ex tuis iudices. Multi ſunt obligandi, pauci offendendi. nã memoria beneficiorũ facilis eſt, iniuriarũ tenax. Obiurgationi ſemꝑ aliquid blandi admiſce. facilius em̃ penetrãt uerba quæ molli uadunt uia, ꝙ aſpera. Nemo em̃ ſe mutat, qui mutari ſe deſperat. Quoties ſcribens aliquid dicturus es, ſcito morũ tuorũ te hominib⁹ chirographũ dare. Qui in ſeruos iraſcitur & crudelis eſt, ſatis oſtẽdit poteſtatẽ aduerſus alienos ſibi defuiſſe. Qui neſcit tacere, neſcit & loqui. Facilius eſt pauperi contemptũ effugere, ꝙ diuiti inuidiã. Bonus fruitur bona cõſcientia. Malis hoĩbus tutiſſimũ eſt cito fugere. Nulla puſilla domus quæ multos amicos capit. Scire uti paupertate, maxima felicitas. Acuit intentio, frangit animũ remiſſio. Nunq; ſcelus ſcelere uincendũ eſt. Bonus uir eſt, qui eo ꝑduxit affectũ animũ, ut nõ tantũ peccare nõ uelit, ſed etiã non poſſit. Regnantibus peius multo periculũ, ꝙ his qui iudicant̃, hij enim ſingulos timent, illi uniuerſos. Nunquid fortis fortẽ ſe gloriabit̃, quẽ corporis ægritudo efficit infirmũ? Nunquid diues in opibus ſuis gloriabit̃ cui⁹ ſpem fur uel tyrannus abrupit? Nunqd nobilitas gloriabit̃ †effecta, nõnunquã indignis & miſerabilibus ſeruiens? Diabolus aliquãdo ſe gloriabat̃ interfectorẽ tuæ miſericordiæ, nũc intergemiſcit ſocios tuæ beatitudinis. Fugienda ſunt oĩbus modis, & abſcindenda igni ac ferro, totoq; artificio ſeparanda, languor a corꝑe, imperitia ab anio, luxuria a mente, a ciuitate ſeditio, a domo diſcordia, a cunctis rebus intẽperantia. Dixit quidã amicorũ omnia eſſe cõmunia, & amicũ ſeipſum eſſe alterũ. Duorum temporũ maxime hadendã curam, & eorũ quæ acturi ſumus, & eorũ quæ geſſimus. Poſt deum ueritatem colendã, quæ ſola homines dijs proximos facit.

Alr. † affecta.

Libri de moribus finis.

## DIVI HIERONYMI DE SENECA TESTIMONIVM.

LVCIVS Anneus Seneca Cordubenſis, Fotini ſtoici diſcipulus, Patruus Lucani Poetæ, continentiſſimæ uitæ fuit. Quem nõ ponerem in catalogo ſanctorũ, niſi me illæ epiſtolæ prouocarent, quæ leguntur a plurimis, Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum. In quibus cum eſſet Neronis magiſter & illius temporis potentiſſimus, optare ſe dicit eius eſſe loci apud ſuos, cuius ſit Paulus apud Chriſtianos. Hic ante biennium quam Petrus & Paulus martyrio coronarentur, a Nerone interfectus eſt,



### SENECA PAVLO SALVTEM.

CREDO tibi Paule nunciatũ eſſe, quod heri cũ Lucilio noſtro de †apocriſi & alijs rebus ſermonẽ habuimus. Erant em̃ quidã diſciplinarũ tuarum comites mecũ. Nã in hortos Saluſtianos ſeceſſeram⁹, quo in loco occaſione noſtra alio tendentes, his de quib⁹ dixi, uiſis nobis adiuncti ſunt. Certe quod tui præſentiã optamus. Et hoc ſcias uolo, libello tuo lecto, id eſt cũ legiſſemus de plurimis aliquas epiſtolas, quas ad aliquã ciuitatẽ, ſeu caput ꝓuinciæ direxiſti, mira exhortatione uitam moralẽ continentes, uſq; refecti ſumus. Quos ſenſus nõ puto ex te dictos, ſed ꝑ te, certe aliquãdo ex te & ꝑ te. Tanta em̃ maieſtas earũ eſt rerum, tantaq; generoſitate clarent, ut uix ſuffecturas putem ætates hominũ, quibus inſtitui perficiq; poſſint. Bene te ualere frater cupio.

Alr. † apocryphis.

### SENECAE PAVLVS SALVTEM.

LIteras tuas hilaris heri accepi, ad quas reſcribere ſtatim potui, ſi præſentiã iuuenis, quẽ ad te miſſurus erã, habuiſſem. Scis em̃ quãdo, & per quẽ, & quo tp̃e, & cui qd dari cõmittiq; debeat. Rogo ergo ne putes neglectũ, dum ꝑſonæ qualitatẽ reſpicio. † ſed quod literis meis nos bene acceptos aliubi ſcribis, felicẽ me arbitror tanti uiri iudicio. Neq; enim hoc diceres cenſor ſophiſta, magiſter tanti principis, etiam omniũ, niſi quia uere dicis. Opto te diu bene ualere.

alr † ſed quod literas meas bene a uobis acceptas alibi ſcribis.

### SENECA PAVLO SALVTEM.

QVædã uolumina ordinaui, & diuiſionib⁹ ſuis † ſtatum eis dedi. Ea quoq; legere Cæſari ſum deſtinat⁹, & ſi modo ſors ꝓſpere annuerit, ut nouas aures afferat, eris forſitan & tu præſens. Sin alias, reddã tibi diem, ut inuicẽ hoc opus inſpiciamus, & poſſimus nõ ei prius edere hanc ſcripturã, niſi prius tecũ confeſeram, ſi mõ impune hoc fieri potuiſſet, ut ſcires & te non præteriri. Vale Paule chariſſime.

alr † ſtatim ea

### SENECAE PAVLVS SALVTEM.

QVotieſcunq; literas tuas audio, præſentiã tuam cogito, nec aliud exiſtimo, ꝙ oĩ tempore te nobiſcũ eſſe. Cum primũ itaq; uenire cœperis, inuicem nos & de proximo uidebimus. Bene te ualere opto.

### SENECA PAVLO SALVTEM.

NImio tuo angimur ſeceſſu, quid eſt uel quæ res te remoratum faciunt? Si indignatio domini, quod a ritu & ſecta ueteri receſſeris, & alios rurſus cõuerteris, erit poſtulandi locus, ut ratione factum, non leuitate hoc exiſtimetur.

### SENECAE ET LVCILIO PAVLVS SALVTEM.

DE his quæ mihi ſcripſiſtis, nõ licet harundine & atramẽto eloqui, quaꝶ altera res notat & deſignat aliqd, altera euidẽter oñdit, præcipue cũ ſciã int̃ uos eſſe id eſt apud nos, & in uobis ꝗ me intelligũt. honor habendus eſt oĩbus. Tanto magis quãto indignati occaſionẽ captant, ꝗbus ſi patientiã demus, oĩmodo eos ex quacũq; parte uincemus, ſi modo hij ſunt, ꝗ pœnitentiã ſui gerant. Bene ualete.

### ANNEVS SENECA PAVLO ET THEOPHILO SALVTEM.

PRofiteor bene me acceptũ in lectione literaꝶ tuaꝶ, quas Galatis, Corinthijs & Achæis miſiſti. Et ita iuicẽ uiuam⁹, ut etiã cũ honore diuĩo eas exhibeam⁹. Spirit⁹ ei ſctũs in te & ſuꝑ te excelſos ſublimiores ſatis uenerabiles ſẽſus exprimit. Vellẽ itaq; cũ res eximias ꝓferas, ut maieſtati eaꝶ cult⁹ ſermõis nõ deſit. Et ne qd tibi frater ſurripiã, aut cõſcientiæ meæ debeã, cõfiteor Auguſtũ ſenſib⁹ tuis ꝑmotũ, cui lecto uirtutis in te exordio iſta uox fuit. Mirari eũ ſic poſſe loqui, ut ꝗ nõ legitime imbut⁹ ſit, talit̃ ſentiat. Cui ergo reſpõdi, ſolere deos ore ĩocentiũ effari, aut eoꝶ ꝗ præuaricari doctrina quidẽ ſua poſſunt, & dato ei exẽplo Vaticani hoĩs ruſticuli, cui cũ duo uiri apparuiſſent in agro reatino, ꝗ poſtea Caſtor & Pollux ſunt noĩati, ſatis inſtructus uidet̃. Vale.

### PAVLVS SENECAE SALVTEM.

LIcet non ignorẽ Cæſarẽ noſtrarũ rerũ admiratorẽ, ſi quãdo deficiet admiratorẽ eẽ. Permittes tñ te nõ lædi, ſed admoneri. Puto em̃ te grauit̃ feciſſe, qđ ei in noticiã ꝑferre uoluiſti, qđ ritui & diſciplinæ ei⁹ ſit contrariũ, cũ & ille em̃ gentiũ deos colat. Quid tibi uiſũ ſit, ut hoc eũ ſcire uelles nõ uideo, niſi nimio amore meo facere te hoc exiſtio. Rogo te de futuro, ne id agas. Cauendũ eſt em̃ ne dũ me diligis, offenſã dñi

facias. Cuius quidē offenſa, nec oberit ſi ꝑſeuerauerit, neqꝫ ſi nō ſit, ꝓderit. Si eſt Regina, nō indignabit̃, ſi mulier eſt offendetur. Bene Vale.

SENECA PAVLO SALVTEM.

SCio te nō tam mei cauſa cōmotum literis, quas ad te de editione epiſtolaꝝ tuarū Cæſari feci, ꝙ natura rerū, quæ ita mētes hoīm ab oīibus artibus & moribꝰ reuocat, ut nō hodie admirer. Quippe ut is q multis documētis hoc iam notiſſimū habeam. Igitur noue agamus, ut ſi quid facile in præteritū iam factum eſt, ueniā irrogabis. Miſi tibi librum de uerborum copia. Vale Paule chariſſime.

PAVLVS SENECAE SALVTEM.

QVoties tibi ſcribo, & nomē meum tibi ſubſcribo, grauē & ſectæ meæ incongruā rem facio. Debeo ē̄m, ut ſepe ꝓfeſſus ſum, cū oīibus oīa eſſe, & idem obſeruare in tuā perſonā, quod lex romana honori ſenatꝰ conceſſit, ꝑlecta epiſtola, ultimū locū eligere, ne cū aporia & dedecore cupiā efficere, quod mei arbitrij fuerit. Vale deuotiſſime magiſter.

SENECA PAVLO SALVTEM.

AVe mi Paule chariſſime. Putas ne me haud cōtriſtari, & nō luctuoſum eſſe, q̄d de innocentia ueſtra ſubinde ſumat̃ ſuppliciū. Dehinc quod tam durus, tamqꝫ obnoxios uos reatui oīis populus iudicet. Putās a nobis effici, quod in urbe contrariū fit. Sed feramꝰ æquo aīo, & utamur foro, q̄d ſors conceſſit, donec inuicta felicitas finē malis imponat. Tulit & priſcoꝝ ætas Macedonē Philippi filiū, & poſt Dariū, Dionyſiū, noſtra quoqꝫ Caium Cæſarē. Quibus quicq̄d libuit, licuit. Incendium urbs Romana manifeſte ſepe unde patiat̃, conſtat. Sed ſi effari humilitas hūana potuiſſet, q̄d cauſæ eſt, & impune his tenebris loqui liceret, iam oēs oīa uiderent. Chriſtiani & iudei quaſi machinatores incendij, ſupplicio affici ſolent. Graſſator iſte quiſqs eſt, cui uoluptas carnificina eſt, & mendaciū uelamentū, tꝑi ſuo deſtinatus eſt. & optimus quiſqꝫ unū pro multis donatū eſt caput. Ita & hic deuotus ꝓ oīibus igni cremabit̃, centum triginta duæ domus, Inſulæ quatuor, ſex diebus arſere, ſeptimus pauſam dedit. Bene te ualere opto.

SENECA PAVLO SALVTEM.

AVe mi Paule chariſſime. Si mihi nominiqꝫ meo uir tantus & dilectus oīibus modis, nō dico fueris iūctus, ſed neceſſario mixtus, actum erit de Seneca tuo. Cum ſis igit̃ uertex, & altiſſimorū oīm montiū cacumen noli latere, ita ſim tibi ꝓximus, ut alter ſimilis tui deputer. haud itaqꝫ te indignū prima facie epiſtolarū nominandū cenſeas, ne tam tentare me, ꝙ ludere uidearis. Quippe cū ſcias ciuē eſſe te Romanū. Nam q tuus eſt apud tuos locus, uelim, ut apud meos ſit meus. Vale Paule chariſſime.

SENECA PAVLO SALVTEM.

AVe mi Paule chariſſime. Allegorice & enigmatice multa a te uſqꝫ quaqꝫ opera condunt̃. & ideo rerū tanta uis & muneris tibi tributa nō ornamēto uerborū, ſed cultu quodā decorāda eſt. nec uereare ꝙ ſepius te dixiſſe retineo, mltos, q talia affectent ſenſus corrūpere, rerū uirtutes euitare. Cæterū mihi cōcedas uelim, latinitati morē gerere, honeſtis uocibꝰ ſpeciē adhibere, ut geneoſi muneris conceſſio, digne a te poſſit expediri. Bene Vale.

PAVLVS SENECAE SALVTEM.

PErpendenti tibi ea ſunt reuelata, quæ paucis diuinitas conceſſit. Certus igitur ego in agro iam fertili ſemen fortiſſimū ſero, non quidē materiā quæ corrumpi uidetur, ſed uerbū ſtabile dei deriuamentū creſcentis, & manentis in æternum quod prudentia tua aſſecuta eſt, indeficiens fore debebit. & Ethnicorū Iſrahelitarūqꝫ obſeruationes cenſere uitandas. Nouū te auctorem feceris, Chriſti Ieſu præconijs oſtendendo rhetoricis irreprehenſibilē ſophiſtam, quā propemodū adeptus regi temporali, eiuſqꝫ domeſticis atqꝫ fidis amicis inſinuabis, quibꝰ aſpera & incaptabilis erit perſuaſio, cū plæriqꝫ eorū minime flectantur inſinuationibus tuis, quibus uitale cōmodum ſermo dei inſtillatus, nouum hominē ſine corruptela perpetuam animam parit ad deum iſtinc properantē. Vale Seneca chariſſime nobis.

EPISTOLARVM SENECAE ET DIVI PAVLI FINIS.



Hoc opꝰ nō eſt Senecæ, ſed collectū ex Mimis. Nā q̄dam deprehenduntur citati apud A. Gellium. Adiectæ ſūt paucæ ſentētiæ ex orationibus ſolutis

## LVCII ANNEI SENECAE CORDVBENSIS PROVERBIA.

ALIENVM eſt omne q̄cq̄d optādo euenit.
Ab alio expectes, alteri quod feceris.
Animus uereri q ſcit, ſcitťuto ingredi.
Auxilia humilia, firma cōſenſus facit.
Amor animi arbitrio ſumitur, nō ponitur.
Aut amat, aut odit mulier, nihil eſt tertiū.
Ad triſtem partem ſtrenua eſt ſuſpitio
Ames parentē, ſi æquus es, ſi aliter, feras.
Aſpicere oportet quod poſſis deperdere.
Amici uitia ſi feras, facis tua.
Aliena homini ingenuo, acerba eſt ſeruitꝰ.
Abſentem ledit, qui cum ebrio litigat.
Amans iratus multa mentitur ſibi.
Auarus ipſæ miſeriæ cauſa eſt ſuæ.
Amans quid cupiat ſcit, q̄d ſapiat nō uidet.
Amans quod ſuſpicatur uigilans, ſomniat.
Ad calamitatem quilibet rumor ualet.
Amor extorqueri nō poteſt, elabi poteſt.
Ab amante lachrymis redimas iracūdiam.
Apte cū eſt mala mulier, tū demū eſt bona.
Auarum facile capias, ubi non ſis idem.
Amare & ſapere uix deo conceditur.
Auarus niſi cum moritur, nil recte facit.
† Aſtute crines dum cælantur, ætas indicat̃.

† Forte ſic. Aſtute dū cælatur, ſe ætas idicat

Auarus damno potius ꝙ ſapiens dolet.
Auaro quid mali optes, n ut uiuat diu.
Animo dolenti nihil oportet credere.
Alienum nobis, noſtrum plus alijs placet.
Amare iuueni fructus eſt, crimen ſeni.
Anus cum ludit, morti delitias facit.
Amoris uulnus idem qui ſanat, facit.
Ad pœnitendum properat, cito q iudicat.
Amicos res opimæ parant, aduerſæ ꝓbant.
Aleator quanto in arte eſt melior, tāto eſt nequior.
Amor ocioſæ cauſa eſt ſollicitudinis.
Arcum intenſio frangit, animum remiſſio.
Aberrare a fortuna tua nō poteſ, obſidet te
A quocunqꝫ deſcenderis, magno apparatu ſequitur.
Acerrima uirtus eſt, quam ultima neceſſitas excutit.
Agat princeps curam, non tantum ſalutis, ſed honeſtæ cicatricis.
A duabus cauſis præſtare princeps ſolet, ſi aut ſe uindicat, aut alium.

BIs eſt gratum quod opus eſt, ultro ſi offeras.
Bonarum rerum cōſuetudo peſſima eſt.
Beneficium qui dare neſcit, iniuſte petit.
Bonū eſt fugienda aſpicere in alieno malo.
Beneficiū accipere, libertatē uendere eſt.
Bona nemini hora ē, ut nō alicui ſit mala.
Bis enim mori eſt, alterius arbitrio mori.
Beneficia plura recipit, qui ſcit reddere.
Bis peccas, cum peccanti obſequium accōmodas.
Bonus animus læſus, grauius multo iraſcit̃.
Bona mors eſt homni, uitæ quæ extinguit mala.
Beneficiū dando accepit, qui digno dedit.
Blanditia, non imperio, fit dulcis uenus
Bonus animus nunqꝫ errāti obſequium accommodat.
Beneficium ſe dediſſe qui dicit, petit.
Beneficiū ſepe dare, docere eſt reddere.
Bonitatis uerba imitari maior malitia eſt.
Bona opinio homini tutior pecunia eſt.
Bonū ſi ſupprimit̃, nequaqꝫ extinguitur.
Bis uincit, qui ſe uincit in uictoria.
Benignus etiam dandi cauſam cogitat.
Bis interimitur, qui ſuis armis perit.
Bene dormit, q nō ſentit ꝙ male dormiat.
Bonorum crimen eſt officioſus miſer.
Bona fama in tenebris, proprium ſplendorem obtinet.
Bene cogitata ſi excidunt, non occidunt.
Bene perdit nūmos, iudici cū dat nocens.
Bonis nocet, quiſquis pepercerit malis.
Bonus iudex eſt, qui nouit diſpēſare quod dandum eſt, & quatenus.
Bonæ iuſticiæ, proxima eſt ſeueritas.
Beneficiū eſt eo carere, q̄d inuitꝰ poſſideas.
Beneficiū ē ſemꝑ reddere bonitatis uerba.
Bonū ē reddere bona uerba, etiā inimicis.
Bona quæ ueniunt, niſi ſuſtineantur, cadūt ut opprimant.
Bona, imperante anima, eſt pecunia.
Bonū apud uirum, cito moritur iracundia.
Breuis mens ipſa eſt memoria iracundiæ.
Bona turpitudo eſt, quæ periculū uindicat.
Bona comparat præſidia miſericordia.
Beneficium dignis ubi des, oīes obligas.

COnſueta uitia ſerimus, niſi reprehendimus.
Crudelis in re aduerſa eſt obiurgatio.

Cauendi nulla eſt dimittenda occaſio.
Cui ſemper dederis, ubi neges, rapere imperas.
Crudelem medicũ intemperãs facit æger.
Cuius mortẽ amici expectãt, uitã oderunt.
Cum inimico nemo in gratiam cito redit.
Citius uenit periculũ cũ contemnitur.
Caſta ad uirum matrona parẽdo imperat.
Cito ignominia fit ſuperbi gloria.
Conſilio melius uincas, ꝙ iracundia.
Cuiuis dolori remedium eſt patientia.
Cum uitia proſunt, peccat qui recte facit.
Contumeliam, nec fortis poteſt, nec ingenuus pati.
Conſcientiam amici, nullius inuenit lingua præceps.
Contemni eſt leuius ꝙ ſtulticia percuti.
Comes facundus in uia pro uehiculo eſt.
Cito improborũ læta, ad perniciem cadũt.
Crimen relinquit uitæ, qui mortẽ appetit.
Clementia in quamcũqȝ domũ uenerit, felicem eam tranquillamqȝ præſtabit.
Clementia eſt temperantia animi in poteſtate ulciſcendi.
Clementia eſt leuitas ſuperioris aduerſus inferiorem.
Conſuetudo peccãdi, multitudinem facit peccantium.
Coniunctio animi maxima eſt cognatio.

DIſcipulꝰ ẽ prioris, poſterior dies.
Damnare eſt obiurgare, cum auxilio eſt opus.
Diu apparandum eſt bellum, ut uincas celerius.
Dixeris maledicta, cum ingratum hominẽ dixeris.
De inimico nõ loquaris malum, ſi cogites.
Deliberare utilia, mora eſt tutiſſima.
Dolor decreſcit, ubi quo creſcat nõ habet.
Dediſcere flere fœminã eſt mendacium.
Diſcordia fit charior concordia.
Deliberandum eſt diu, quod ſtatuendum eſt ſemel.
Difficilẽ habere oportet aurẽ ad crimina.
Dum eſt uita grata, mortis conditio optima eſt.
Damnũ appellãdũ eſt, cũ mala fama lucrũ.
Ducis in conſilio poſita eſt uirtus militum.
Dies quod donat timeas, cito raptũ uenit.
Dimiſſum quod neſcitur, non admittitur.
Difficilius eſt moderari, ubi dolori debet̃ ultio, ꝙ ubi exemplo.

ETiam inocẽtes cogit mẽtiri dolor.
Etiã peccato recte præſtatur fides.
Etiã celeritas in deſyderio mora ẽ.
Ex uitio alteriꝰ, ſapiẽs emẽdat ſuũ.
Et deeſt & ſuperat miſeris cogitatio.
Etiam obliuiſci quod ſis, interdũ expedit.
Ex hominũ quæſtu, facta fortuna eſt dea.
Effugere cupiditatem regnum eſt uincere.
Exuli ubi nuſꝙ domus eſt, ſine ſepulchro eſt tanꝙ mortuus.
Etiam qui faciunt, odiunt iniuriam.
Eripere telum & nõ dare, irato decet.
Exilium pati eſt, patriæ ſe degenerare.
Etiam capillus unus habet umbram ſuam.
Eheu ꝙ miſerum eſt fieri metuẽdo ſenem.
Etiã hoſti eſt æquus, q habet in cõſilio fidẽ.
Excelſis multo facilius caſus nocet.
Errat ſi quis exiſtimat tutũ diu eſſe regem.
Ex ſæua animaduerſiõe nulla regi gloria ẽ.
Euadere poſſunt puſilla mala, & uerba dare ingentibus obuiam itur.
Excuſationem quærere uitium eſt, om̃ia ad deum relinque.
Elemoſyna non tam accipientibus, ꝙ dantibus prodeſt.
Ex ſpe premij, ſolatium fit laboris.

FIdẽ qui ꝑdit, ſe ſeruat in reliquum.
Fortuna cũ blandit̃, captatũ uenit.
Fortunã citius repies ꝙ retineas.
Formoſa facies, muta cõmẽdatio ẽ.
Fruſtra rogatur, qui miſereri non poteſt.
Fortuna unde aliquid fregit, caſus eſt.
Fraus eſt accipe, quod non poſſis reddere.
Fortuna nimiũ quem fouet, ſtultum facit.
Fatetur facinus is, qui iudicium fugit.
Felix improbitas, optimorũ eſt calamitas.
Feras, nõ culpes, quod immutari non põt.
Futura pugnant, ut ſe ſuperari ſinant.
Furor fit, læſa ſepius patientia.
Ficta cito ad naturam recidunt ſuam.
Fidem qui perdit, nihil poteſt ultra ꝑdere.
Facilitas animi ad partem ſtulticiæ rapit.
Fides ut anima unde abijt, nunꝙ redit.
Fidem nemo unꝙ perdit, niſi q non habet.
Fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel.
Fulmẽ ẽ, ubi cũ poteſtate habitat iracũdia.
Fruſtra cum ad ſenectutem uentum eſt, repetes adoleſcentiam.
Falſum, maledictũ, maliuolũ mẽdaciũ eſt.
Fœminæ naturã regere, deſperare oĩm eſt.
Fer difficilia, ut facilia leuius feras.
Fortuna nulli plus, ꝙ conſilium ualet.



Fortuna uitrea eſt, quæ cũ ſplẽdet, frangit̃.
Feras quod lædit, ut quod prodeſt, ꝑferas.
Facit gratum fortuna, quem nemo uidet.
Facilius priuatis ignoſcitur, pertinaciter ſe iudicantibus.
Frequens uindicta, paucorum odiũ reprimit, omnium irritat.

GRaue præiudicium eſt, quod iudicium non habet.
Grauiſſima eſt ꝓbi hominis iracundia.
Grauis animi pœna eſt, quem poſt factum pœnitet.
Grauis animus dubiã non habet ſententiã.
Graue eſt malũ omne, qđ ſub aſpectu latet.
Grauius nocet, quodcũqȝ inexꝑtũ accidit.
Grauior inimicus, qui latet ſub pectore.
Grauiſſimũ eſt imperium conſuetudinis.
Graue crimẽ etiã cũ dictũ ẽ leuiter nocet.
Gradus a magnis ad maiora fit.

HEu ꝙ difficile eſt gloriæ cuſtodia.
Homo extra corpus ſuum eſt, cũ iraſcitur.
Heu ꝙ eſt timẽdus, qui mori tutum putat.
Homo qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui.
Honeſta turpirudo eſt ꝓ bona cauſa mori.
Habet in aduerſis auxilia, qui commodat in ſecundis.
Heu ꝙ miſerum eſt diſcere ſeruire, ubi ſis doctus dominari.
Heu ꝙ miſerum eſt ab illo lædi, de quo nõ poſſis queri.
Hominem experiri multa pauꝑtas iubet.
Heu dolor ꝙ miſer eſt, qui in tormento uocem non habet.
Heu ꝙ pœnitenda incurrunt, uiuẽdo diu.
Habet ſuum uenenum, blanda oratio.
Homo toties morit̃, quoties amittit ſuos.
Homo ſemper in ſe aliud fert, in alterũ aliud cogitat.
Honeſtus timor alterum patrimoniũ eſt.
Homo neſcit, ſi dolore fortunam inuenit.
Honeſte ſeruit, qui ſuccumbit tempori.
Homo uitæ cõmodatus, nõ donatus eſt.
Hæredis fletus, ſub perſona riſus eſt.
Hæredem ſcire utilius eſt, ꝙ quærere.
Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.
Hæc clementia principem decet, ut quocũqȝ uenerit, manſuetiora omnia faciat.
Haud minus turpia ſũt principi multa ſupplicia, ꝙ medico multa funera.
Honeſtius eſt, cum iudicaueris amare, ꝙ cum amaueris iudicare.

INferior horret, qcqd peccat ſupior.
Inimicũ ulciſci, uitã accipe eſt alterã.
Id agas, ne quis merito tuo te oderit.
Inuitũ cum retineas, exire incitas.
Ingenuitatem lædis, cum indignũ rogas.
In nullum auarus bonus eſt, in ſe peſſimus.
Inopi beneficiũ bis dat, qui dat celeriter.
Inopiæ parua deſunt, auaritiæ omnia.
Inſtructa inopia, in diuitijs cupiditas.
Inuitat culpam, qui peccatum præterit.
Iucundum nihil eſt, niſi qđ reficit uarietas.
Ingenuitas non recipit contumeliam.
Impune peccat in eum, qui peccat rarior.
Ingratus unus miſeris omnibus nocet.
In miſeri uitia nulla contumelia eſt.
Ita amicũ habeas, poſſe ut facile fieri hunc inimicum putes.
Inuidiam ferre, aut fortis, aut felix poteſt.
In timore ſemper mendax iracundia eſt.
Inuidia tacite, ſed minute iraſcitur.
Iratum breuiter uites, inimicum diu.
Iniuriarum remedium eſt, obliuio.
Iracundiam qui uincit, hoſtem ſuperat maximum.
Iocum tacentem crimen faciat acrius.
In malis ſperare bonum, niſi innocens, nemo ſolet.
In uindicando crimino ſa eſt celeritas.
Inhoneſta res eſt ſuos uincere, ſatis eſt potuiſſe punire.
Imago animi ſermo eſt, qualis eſt uir, talis oratio.
In felicitate ſe erigere, eſt felicitatem ſubmittere.
In felice felicitas eſt innocentia, nequitia ipſa pœna ſui eſt.
Inimicum ꝙuis humilẽ, docti eſt metuere.
In calamitoſo, riſus etiam iniuria eſt.
Iudex damnatur, cum nocens abſoluitur.
Ignoſcere hũanũ, ubi pudet cui ignoſcit̃.
In rebus dubijs, plurima eſt audacia.
Illo nocens ſe damnat, quo peccat, die.
Ita crede amico, ne ſit inimico locus.
Iratus etiam facinus conſilium putat.
Inuidia id loquitur, non qui ſubeſt.
Irritare eſt calamitatem, cum te felicem uocaueris.
Ius ſupra omnem iniuriam poſitum ſcias.

Imbecillos oculos eſſe, qui ad alienam lippitudinem ſuffunduntur.

LOco ignominiæ eſt, apud indignũ dignitas.
Laus ubi noua oritur, etiam uetus admittitur.
Læſo doloris remedium, inimici dolor.
Leuis eſt fortuna, cito repoſcit qđ dedit.
Lex uniuerſi eſt, quæ iubet naſci & mori.
Lucrum ſine dãno alterius, fieri nõ poteſt.
Laſciuia & laus, nunꝗ habent concordiã.
Legem nocens ueretur, fortunã innocẽs.
Libido indicium eſt, quo leuitas ſapit.
Libido etiam cunctos ſub uultu domat.
Laxa crudelitas, non eſt uocãda clemẽtia.

MAlignum fieri, maxime ingrati docent.
Multis minatur, qui uni facit iniuriam.
Mora omnit odio eſt, ſed facit ſapientiam.
Mala cauſa eſt, quæ requirit miſericordiã.
Mori eſt felicis, anteꝗ mortem inuocet.
Miſerum eſt tacere cogi, quod cupias loq.
Miſerrima eſt fortuna, quæ inimico caret.
Malus eſt uocãdus, qui ſua eſt cauſa bonꝰ.
Monſtro ſimilis eſt, auaricia unica.
Malis diſplicere, laudari eſt.
Malus ubi bonũ ſe ſimulat, tũc eſt peſſimꝰ.
Metus dũ uenit, rarum habet ſonus locũ.
Mori neceſſe eſt, ſed nõ quoties uolueris.
Male geritur, quicqd geritur fortunæ fide.
Mortuo qui mittit munus, nihil dat illi, ſibi adimit.
Minus eſt ꝗ ſeruꝰ dominꝰ, q ſeruos timet.
Magis hæres fidus naſcitur, ꝗ ſcribitur.
Malo in conſilio fœminæ uincunt uiros.
Mala eſt uoluptas, alienis aſſueſcere.
Magno cũ periculo cuſtoditur, quod multis placet.
Mala eſt medicina, ubi aliqd naturæ perit.
Malæ naturæ, nunꝗ doctrina indigent.
Miſeriam neſcire, ſine periculo eſt uiuere.
Male uiuunt, qui ſe ſemp uicturos putant.
Maledictum interpretando facies acrius.
Male ſecum agit æger, medicum qui hæredem facit.
Minus decipitur, cui negatur celeriter.
Mutat ſe bonitas, cum irritatur iniuria.
Mulier cum ſola cogitat, male cogitat.
Male facere q uult, nuſꝗ nõ cauſã inuenit.
Maliuolus ſemper ſua natura ueſcitur.
Multos timere debet, quem multi timent.
Male impãdo, ſummũ imperiũ amittiť.
Mulier quæ nubit multis, multis nõ placet.
Miſera eſt ægritudo animi, ob alienarũ ſpeciem miſeriarum.
Miſericordia nõ cauſã, ſed fortunã ſpectat.
Magnam fortunã, magnus animus decet.
Magni animi eſt propriũ eſſe & tranquillũ & iniurias atq; offenſiones ſp deſpicere.
Muliebre eſt, furere in ira.
Miſericordia eſt uicina miſeriæ, habet eñ aliquid, trahitq; ex ea.
Malo ueris offendere, ꝗ placere adulãdo.
Morbum eſſe ſcias, non hilaritatem, ſemp arridere ridentibus, & ad omniũ æſtimationem ipſum quoq; os deducere.

NIhil agere, ſemp ĩfelici ẽ optimũ.
Nil peccent oculi, ſi oculis animus imperet.
Nihil ꝓprium ducas, quod mutari poſſit.
Nõ cito ruina perit uir, qui ruinam timet.
Nullus eſt tantus quæſtus, ꝗ eo quod habes carere.
Neſcis quid optes, aut quid fugias, ita ludit dies.
Nunꝗ periculum ſine periculo uincitur.
Nulla eſt tam bona fortuna, de qua nihil queri poſſis.
Nuſꝗ melius morimur homines, ꝗ ubi libenter uiximus.
Negandi cauſa auaro nunꝗ deficit.
Nondũ felix es, ſi nondũ te turba deridet.
Nam ſi nullos inimicos tibi iniuria, multos tamen inuidia.
Non aſpicias ꝗ plenas quiſꝗ manus deo, ſed ꝗ puras admoueat.
Non enim aliter niſi optimus animus, pulcherrimus dei cultus eſt.
Non aliter uiuas in ſolitudine, aliter ĩ foro.
Nihil petas, quod negaturus es.
Nihil negabis, quod petiturus es.
Nihil magnũ eſt in rebus humanis, niſi animus magna deſpiciens.
Nihil intereſt quo animo facias, quod feciſſe uitioſum eſt.
Nam facta cernuntur, animus non uideť.
Non ꝗ multis placeas, ſed quibus, ſtude.
Nequitia ipſa pœna ſui eſt.
Nã mala cõſciẽtia ſepe tuta ẽ, ſecura nũꝗ.
Neminem cito accuſaueris.
Neminem cito laudaueris.



Nullum putaueris eſſe locum ſine teſte.
Nulla puſilla domus quæ multos recipit amicos.
Nunꝗ ſcelus ſcelere uindicandum eſt.
Nimium altercando ueritas amittitur.
Non multum ſupra eũ eminet quis, cui ſe iraſcendo exæquat
Nobilis profeſſio ſapientia eſt, quæ diſtributa ſuſcipit incremẽtũ, auarũ dedignata poſſeſſorẽ, cito niſi publicetur, elabiť.
Non alia facies eſt quieti moratiq; imperij ꝗ ſereni cœli & nitentis.
Nullum ex omnibus clemẽtia magis, ꝗ regem aut prælatum decet.
Nemo poteſt perſonã diu ferre fictam, ficta cito in naturam ſuam recidunt.
Nunꝗ liquidũ ſynceruꝗ; ex turbido uenit.
Nullum moroſius eſt animal maioriq; arte tractandum, ꝗ homo, & nulli magis parcendum ꝗ homini.

OMne peccatum eſt actio.
Omnis actio eſt uoluntaria, tam honeſta ꝗ turpis.
Omne ergo peccatum uoluntarium eſt.
Omitte excuſationẽ, nemo peccat inuitꝰ.
Omne uitium habet patrociniũ ſuum.
Odia multorum ſub oculo latent.
Omnia tum panduntur, cum non dico ſi ceciderís, ſed ſi turbaueris.
Omnis affectus habet, ut in eo, in quo ipſe inſanit, in idem putet cæteros furere.
Omnes enim uitam differentes, mors incerta præuenit.
Oĩs itaq; dies uelut ultimus ordinãdus eſt.
Opinantur de te homines male, ſed mali, diſplicere enim malis laudabile eſt.
Oratorem te puta, ſi tibi ipſi, quod oportet, perſuaſeris.
Odiũ oportet peccandi non metũ facias.
Obiurgationi ſemp aliqd blande admiſce.
Optimũ eſt ſemper ignoſcere, tanꝗ ſi ipe pecces quotidie.
Optimum eſt maiorum ueſtigia ſequi, ſi recte præceſſerunt.
Omnis doctor inuitæ orationis peccãs, turpior eſt.
Ob hoc quod in officio, cuius magiſter eſſe uult, labitur.
Omni re moderatio eſt adhibenda, quæ ſanabilia ingenia deſtinguere a deploratis ſciat.

PEccãdi duo ſunt genera, aliud ex propoſito, aliud ex negligentia.
Plæriq; metu ceſſant peccare, nõ innocentia, profecto tales timidi, non innocentes ſundicendi
Prius ꝗ promittas, deliberes, & cum ꝓmiſeris, facias.
Prius ſi negaueris feciſſe, poſtea fallere ẽ.
Propter cauſam multa amico dabis, multæ etiam cauſæ contra amicum.
Pro eo religioſior eris, quo melior.
Præſtabis parentibus pietatẽ, cognatis dilectionem.
Præſtabis amicis fidem, omnibus æqtatẽ.
Pacẽ cũ omnibus habebis, bellũ cũ uitijs.
Pecuniæ imperare oportet, non ſeruire.
Pecunia ſi uti ſcias ancilla ẽ, ſi neſcias dña ẽ
Putandus eſt recte fortior, qui cupiditates tanꝗ hoſtes ſubijcit.
Patria eſt ubicunq; bene uixeris.
Peiora ſunt tecta odia ꝗ aperta.
Propterea te loquax inimicus tutiorem ꝗ taciturnus oſtendit.
Proximum ad innocentiam tenet locũ uerecundia, & peccati confeſſio
Plæriq; cum ſtultis male dicunt, ipſi ſibi cõuitium faciunt.
Perturpe eſt enim, quod obijcitur, in obijciente cognoſci.
Pulcherrimũ ẽ oĩa præſtare, nihil exigerẽ.
Principium diſcordiæ eſt, aliquid ex communi proprium facere.
Plæriq; famã conſcientiam pauci uerenť.
Parcendum eſt improbandis ciuibus, nõ aliter ꝗ membris languentibus.
Principium ſæuitiæ bellum eſt.
Peſtifera uis ualere ad nocendum.
Prope eſt ut libenter damnet qui cito.
Prope ut non quæ damnet qui nimis.
Peccandi uerecundiã facit ipſa clemẽtia regentis.

QVidã quoſdã occidũt inimicos, nõ qa habeãt, ſed qa metuerãt.
Quam inimicũ eſt nocuiſſe, uel quia oderis lædere.
Quanto iniquius eſt odiſſe quia læſeris.
Quã magnarũ uiriũ eſt negligere lædentẽ.
Qui enim uendicat, ſentit.
Quis ſis intereſt, non quis habearis.
Quamuis agas id, ut ne quis merito tuo te oderit, erunt tamen qui ſemper oderint.

Quã magnũ ẽ nõ laudari,et eſſe laudabilẽ
Qui ſuccurrere perituro poteſt,cum non
ſuccurrit,occidit
Quid eſt homini inimiciſſimũ? alter homo
Qui propter pecuniæ uel libidinis amorẽ
morit̃,oſtendit ſe nunꝙ ſui cauſa uixiſſe
Quæ ſunt maximæ diuitiæ? nõ deſiderare
diuitias.
Quis plurimũ habet? is qui minimũ cupit.
Quid eſt dare beneficium? imitari deum
Quid eſt pauper? qui ſibi uidetur diues
Quidã inimici graues ſunt,amici leues.
Quietiſſime uiuerent homines in terris,ſi
duo uerba tollerentur.ſ.meum et tuum.
Qui paupertatem timet,timidus eſt.
Quod tacitum eſſe uis,nemini dixeris
Quia non poteris ab alio ſilentiũ exigere,
ſi tibi ipſe non præſtas
Qui æquo animo malis miſcet̃,malus eſt
Qui ſeruus crudelis eſt,oſtẽdit in alijs uo-
luntatem non deeſſe,ſed poteſtatem.
Qui ob hoc iniuriam facit,quia poteſt,cito
deſinit,quia fecit
Quid dulcius ꝙ habere amicum,cum quo
omnia audeas.
Quẽ ſic credis ut te,cui ſic loquaris quaſi
tecum.
Quanti tales amicos habere uoluerunt,&
ipſi tales eſſe non poſſunt
Quõ ſe fortuna et fauor inducit hominem
Quicquid æquo plus futurũ eſt,in partem
humaniorẽ inclina uel præpondera.
Quid eo infœlicius,cui iam malũ eſſe ne-
ceſſe eſt?
Quid poteſt ab eo quiſq; ſperare,quẽ ma-
lum eſſe docuit
Quotidie damnatur qui ſemper timet
Quotidie eſt deterior poſterior dies
Quã miſerũ ẽ ab illo lædi,de quo nõ poſſis
queri.

REpelli ſe homines facilius,ꝙ de
cipi pati poſſunt
Reſpue crudelitatẽ,et matrem
crudelitatis iram
Reuera memoria beneficiorũ fragilis eſt,
iniuriarum tenax
Ridiculum eſt odio nocentis,perdere in-
nocentiam.
Res uera eſt,qui a multis timetur,multos
timet.
Regibus eſt peius multo ꝙ ſeruientibus.
Reuera quia illi ſinglo̓s,iſti uniuerſos timẽt
Res ipſa ut ipſa re poſſumus efficiet,ſi pol-
liceri properamus honeſta.
Rem maximam ſibi promittit ſapientia,ut
te reducat tibi
Recta ingenia debilitat uerecundia,praua
confirmat audacia.
Res optima eſt nõ ſceleratos extirpare,ſed
ſcelera.
Recte parentem et inferiorẽ laudas,quia
pertinet ad gloriam tuam.
Res magnæ clementiæ eſt,indulgẽdo cor-
rigere peccata,ꝙ uindicando
Rege incolumi mens omnibꝰ una eſt amiſ
ſo rumpere fidem
Regibꝰ certior eſt,ex mãſuetudiẽ ſecuritas

SVnt quorũ corpus innoxiũ eſt,et in
mille facinorũ furias mens ocioſa
diſcurrit.
Si in clientelam fœlicis hominis po
tentiſq; perueneris,aut ueritas,aut amici-
tia perdenda eſt.
Si uis beatus eſſe,cogita hoc primũ cõtẽni
Si multis placuerit uita tua,tibi placere nõ
poterit.
Solitudinẽ quærit,qui uult cum innocenti-
bus uiuere
Stultũ eſt timere,quod uitari non poteſt.
Semper diſſenſio ab alio incipiat, a te recõ
ciliatio.
Succurrere paupertati amicorũ,immo po-
tius occurrere
Secrete admone amicos,palam lauda
Si bñ te iſtitueris,pudeat te fieri deteriorẽ
Si quis iraſcitur pœnas ab alio expetit,a ſe
exigit.
Seueriſſime enim nos aduerſum peccãtes
gerimus,et ipſi eadem committimus.
Seueritas aſſidua,amittit auctoritatem.
Sicut formoſa pictura eſt cuius nulla pars
errat, ſic formoſus homo in quo nulla ps
peccatis fœda ẽ.proinde hoc domi,hoc
foris,hoc omĩ genere uitæ teneamus,ut
nobis inexorabiles ſimus,exorabiles illis
qui non niſi ſibi dare ueniam neſciunt
Si inuitus pares ſeruus es,ſi uolẽs miniſter
Scias cum multis uirtutibus abundare,qui
alienas amat.
Si inuideris maior eris.nam qui inuidet mi
nor eſt.
Scito quid eſt inuidia,dolor animi eſt ex
alienis commodis
Scito etenim illud,quia nulli inuidet boni
tate præditus.

Sunt



Sunt multi qui plurimum uerbis, non re-
contemnunt,ſed ipſa quæ ſpernũt clam
furantur.
Seueritatẽ abditam,clementiã in procin-
ctu habet.
Sapiens nihil facit quod nõ debet,et nihil
prætermittit quod debet.
Seruis imperare moderate,laus eſt.

TImidus cautũ ſe uocat,ſordidus
parcum.
Tutiſſima res eſt nihil timere,
præter deum.
Tene ſemp uocis et ſilẽtij temperamentũ.
Tamen et in hoc incumbe,ut libentius au
dias ꝙ loquaris.
Tacere qui neſcit,neſcit loqui.
Triſticiam ſi potes,ne admiſeris.
Turpe præbet ſpectaculũ,animus æger.
Turpia ne dixeris,paulatim emĩ pudor re-
rum per uerba diſcutitur.
Tranſibit ſermo in effectum,ſi honeſta lo-
quamur.
Tolerabilior eſt qui mori iubet,ꝙ qui ma-
le uiuere.
Tolerabilior pœna nõ poſſe uiuere ꝙ ne-
ſcire.
Talẽ diligentiã exhibe in amicitijs compa
rãdis,ut incipias amare quem deinceps
poſſis odiſſe.
Tu primum exhibe te bonum,et ſic quæ-
ras alterum tui ſimilem.
Turpius nihil eſt ꝙ cum eo bellũ gerere,
cum quo familiariter uixeris.
Tam omibꝰ ignoſcere,ꝙ nulli crudelitas ẽ.
Tamdiu a periculo aberit populus,ꝙ diu
ſciet ferre frænos.
Tyrannus a rege diſtat factis,nõ nomine.

VIx quiſq; in bonum,niſi ex malo
tranſit.
Vis omnibus eſſe notus , prius
effice ut neminem noueris.
Vis habere honorem,dabo tibi magnum
imperium,impera tibi.
Vide ſi adhuc malus es,ſimilibus parce.
Verus eſſe deſtitiſti,quare alijs locũ emen
dationis abſcidas.
Vitiũ prius fuit obſeruatio,nunc mos eſt.
Verum non dicimus,non audimus.
Vtilis educatio et diſciplina,mores facit.
Vnde bona conſuetudo excutere debet,
quæ mala inſtruxit.
Viriliter feras quæ neceſſe eſt,dolor pati-
entia uincitur.
Verba rebus nõ perſonis accipienda ſunt.
Vires tuas amici beneficijs,inimici iniurijs
ſentiant.
Vita omnis breuis eſt, ideo immortalitas
eſt mors honeſta.
Vir eſt bonus qui intantũ perduxit animũ
ſuum,ut nõ modo nolit peccare,ſed etiã
non poſſit.
Vt aliquid auri extrahamus,terram per-
uertimus.
Vt ſummum bonum occupemus,ſcrutari
pectus piget.
Virtutem cuius progreſſum uideris, non
exitum finemq; deſperes.
Volũt homines ita præceptũ eſſe ut uiuũt,
non ita uiuere ut præceptum eſt.
Vtendum eſt diuitijs et non abutendum,
ut nec inde a ſuperioribus contemnaris,
nec ab inferioribus timearis.
Vbi uſitata remedia non procedunt,tenta
contraria.
Vbi diſcrimen inter bonos maloſq; ſubla-
tum eſt,cõfuſio ſequit̃ et uitiorũ eruptio.
Venia eſt pœnæ debitæ remiſſio.
Vt fulmina paucorum periculo cadũt oĩm
metu , ſic animaduerſiones magnarum
poteſtatum terrent latius ꝙ nocent.
Vtinam ea lex homini eſſet,ut cũ telo ſuo
frangeretur,nec ſæpius liceret nocere ꝙ
ſemel.

ZElum de deo tãtum habeas,nõ
contra homines.
Zelari autem hominibus uitio-
ſum eſt.

Prouerbiorum Senecæ finis,

INDEX LOCORVM APVD SENEcā perq̄utilis,ſecundū ordinē alphabeticū, ſūma cura digeſtus, opa Ioannis Frobenij typographi omniū exactiſſimi.


ACCIPIENDVM nō ab oib⁹,ſed ab his demū, qbus antea dediſſe uidemur.pa.18
Accipiens beneficia, tria reddat.pagi.22.
Actionem habeat ſapiens.pagina.133.
Actionibus ſe ciuilibus adiūgat ſapiēs.137.
Actiōi honeſtæ ſemp locus eſt in repu.138.
Admonendi ſegnes & tardi ſine cōuitio et occulte ut reddant beneficium.53.
Adulator diuites blādiſſime fallēs,in ſūmā pniciē ducit, exēplo Xerxis & Auguſti pbat̃.62.ubi cōſydera,regijs aurib⁹ infamē adulatorū turbā acceptam eſſe.
Adulatio,etiā amicorum ,uitanda.223
Adulatio nos infatuat oēs, ut credam⁹ nos optimos,queādmodū ſe Alexāder imortalē,uſq̄dū ſenſerit uulneris dolorē.246
Adulatoribus ne latus præbeas,plurima uide,& ſatis Chriſtiana.418.
Aduerſis animus frangitur,& circa memoriam iacturæ languet.pagi.505
Aduerſitatis impetū ſuſtineamus.374.
Aduerſi cui nihil euenit,hoc nihil infelicius.pagina.375.&.376
Aduerſa proſunt.375
Aduerſi nihil ferēs,ad uirtutē haud temere perueniet.pagina.376
Adulterio carcer præferendus.487
Adulteriū q̄diu rarū,timebatur.27
De adulterio quidā uxorē appellauit,quæ ſe pegre pfecto hæreditatem teſtamēto adijt,& ſuſpitōeſ adulterij exaggerat.552
Aegrotans cogita uirtuti eſſe etiam in lectulo locum.pagina.381
Aer pars uniuerſi.395
Aeris intēſio & uehemētia quæ opet̃.396
Aeris regio deſcribitur,& ꝙ media ſit frigida.pagina.397
Aethna mons cur quotidie ardens nō minuatur.pagina.277
Afflictis rebus hylaritas de induſtria ſimuletur.pagina.165
Affectus animi,diſputat corpales eſſe.341.
Affectus a ratione præcludi poſſunt ſecurius q̄ regi.pagi.78
Affectibus a principio reſiſtendum,prohibeantur,non temperentur.289
Affectus & motus animi differunt.83.
Affectus tegendi.pagina.164
Affectus quō incipiāt creſcāt et efferāt̃.84
Affectus cito rebellat.pagi.258
Affectus et animi morb⁹ diſtinguunt̃.269.
Affectus nullos q̄ modicos habere potius eſt.pagi.357.
Albinus in miſerijs ſuis iocatur.490
Albina mat̃, præſidio Senecæ nō uſa ē. 190
Albinæ laus et hōeſtæ mlieris cōditōes.191
Albinæ ſoror cōmendatur.192
Albutius cupiebat dicere, non quicqd debuit,ſed quicquid potuit.478.et.554
Albutius ingenio ſuo nō confidebat.478.
Albutius in foro dicere ceſſauit, contumelia quadam affectus.pagi.478.
Alexander ne exuperatis terris Oceanum ingrediatur,ſuaſoriæ multæ.498.
Alexandrū Diogenes uicit beneficijs. 46.
Alexander degenerauit.pa.102
Alexander Clytum chariſſimū ſibi parum adulantem inter epulas tranſfodit.100.
Amicorū oia eſſe cōmunia declarat̃.70
Amicorū ſolatia ad ualitudinē pſunt.274
Amicitia fidelis animū oblectat.pagi.139.
Amicitiæ comoda.pagina.139
Amici triſtes et oia deplorātes euitent̃.139
Amici plures q̄ inimici,Iuliū cōfecer̃t.104
Amicū eligamus uacuū cupiditate,ſerpūt enim uitia.pagina.139
Amicū anteq̄ elegeris iudicato,admiſſum ames.pagina.144
Amicū facere q̄ feciſſe iucundius.199
Amicitia et amor differunt.225
Amoris inſani et odij eſt idē fere exitus.61
Amicitia temporaria,quæ eſt aſſumpta utilitatis contemplatione.199.
Amicus iratos nos reprehendat.98
Amicis cū abſentibus licet conuerſari.239
Amandus equæ uir paup ac diues,languidus ac robuſtus & lacertoſus.253
Amicos ſimiles ſui niſi ſapiēs admiſerit nō poteſt in habitu mentis ſuæ ſtare.347
Amœnæ regiones fugiendæ.pa.237.et.238
Anthigoni euaſio cauilloſa,ne beneficium præſtaret.pagina.17.
Anthigonus benigniter hoſtiū et ciuium maledicta tulit.101
Animum rege alioquin ſemper irritamenta indignationis inuenies.103
Animus rex eſt quo ualente omnia noſtra manent in officio.354
Animus conatur ad honeſta ſemper.227
Animo grati ſimus.pagina.20
Animi ingentis nō eſt dona pferre,cū iſta interdū magna fortuna faciat.66.
Animus nō eſt languidus ſine ira.88.
Aialia nō ſūt generoſiſſima qb⁹ ineſt ira.87
Animus emendandus & componēdus ad contemptum.pagina.138
Anim⁹ ſe paret ad difficilia ī ſecuritate.209
Animus rectus & bonus,deus eſt in corpore humano.pagi.223
Animū boni uiri ſumme admiratur.355.
Animi intranquilli tempeſtatē & mobilitatem uotorum deſcribit.pagi.134.
Animus terrena nō amat.189
Animus ignotus nobis.451
Anim⁹ uīculis liberat⁹ ad originē redit.384
Animus inuulnerabilis & extra patiētiam ſecernuntur.pagi.199
Animi excellentis notæ,ex comparatione pulli generoſi.pagina.326
